

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus decimus de iusto

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

se dicemus, ut lateat oēs, & non det pœnas? Nōne qui latet, etiam sit deterior? hominis aut̄ deprehensi castigat̄, pars illa ferina sedatur & mansuescit, domestica verò pars liberatur. Et animus totus in naturam optimam restitutus, eo preciosiorem sumit habitum, temperantiam & iustitiam cū prudentia adipiscens, quàm corpus cū robur & formam cum sanitate cōsequitur, quo anima est corpore preciosior. Sic est omnino. Quamobrem quicumque mentis est cōpos, huc omnem instituit vitam. Nempe in primis eas disciplinas plurimi faciet, quæ talem animum ipsius efficiunt, ceteras aut̄ spernet. Manifestum. Atqui neq; corpus colet & nutriet, ut ferina irrationaliq; voluptati indulgeat, neq; ad sanitatem id referet, neq; studiosè id quæret, ut robustus, vel sanus sit, vel formosus, nisi vna cū his colat & temperantiam, ita ut corporis harmoniam propter animi constantiam moderetur. Ita prorsus, si quidem reuera futurus sit musicus. Sed neq; vulgi æstimatione cōmotus, ordinem, concordiamq; in pecunijs possidendis, cumulandisq; mirabitur, in infinitum augebit, in infinitis malis obnoxius. Non certè, ut arbitror. Verum ad interiorē sui Reipub. semper respiciens cauebit nequid in ea loco suo moueat propter vel indigentiam pecunia, vel copiam pecuniarum. Atque ita semper & in operandis & in erogandis pecunijs, pro viribus aget. Summopere. Quin & honores eodem referet. Nā eos duntaxat gustabit, ex quibus meliorem euasurum se sperat, eos aut̄ & priuatis & publicè fuget, quibus deturbari posse, quandoq; præsentem animi sui statum veretur. Nunquam rē ergo volet publicam administrare, si id curauerit. Imò per eam, inquam, sed in ipsa suis ipsius ciuitate. Et maxime quidem. Non tamen in patria forsā, nisi fors quædam diuina contingerit. Intellego equidem, quod ea in ciuitate dicis quam nos condidimus in præsentia, quæ et verbis solum, in terris verò nusquam, ut arbitror, extat. At forte in cælo illius extat exemplar, conspiciū ei qui & intueri voluerit, & seipsum ad illud, cum intuitus est, instituire. Nihil aut̄ refert, siue vspiam sit, siue erit. Quæ enim illius officia sunt, aget solum: quæ alterius vnt nequaquam. Consentaneum est.

DIALOGVS  
DECIMVS DE  
IVSTO.

MARSILII FICINI  
ARGVMENT.



**H**ACTENVS Socrates diligentissimus humani generis pedagogus ad legalem institutā, id est vniuersam virtutem per ipsam iustitiæ pulchritudinem genus hominum prouocauit, ab iniustitia verò per iniustitiæ turpitudinem similiter reuocauit. Deinceps aut̄ & ad illam per sempiternū eius fructum præmiūq; cohortabitur, & ab hac per sempiternū detrimentum eius & supplicium absterrebit, atque. i. potissimum decimi huius officium. Sed antequā præcipuò hoc fungatur officio, proemio quodā vitur, in quo diligenter absoluit quod & in prioribus dialogis attigerat, & in fine nō reliquerat, admodū salutis publicæ necessarium. Profecto noster hic morborū medicus humanorum in ea morbi specie curanda est diligentior, quam ceteri non solū negligenter curant, sed ne curant quidem vnaquā, imò verò quod deterius est, quasi rem saluberrimam diligunt, & omni studio cōplectuntur: imitationem in qua poeticam, qua in ge-

nos poetæ dum perturbatos aīos acrius exprimit, interim audientū legentūq; aīos perturbationes similes vehementius et profundius imprimunt. Ac tanto magis oēs inficiunt, quanto laudantur & placent. Proemium verò eiusmodi finem non congruè sequitur: ibi. n. anima in rōnem distribuitur, & in partes inferiores perturbationibus agitata, quarū imperium in anima primum, deinde in ciuitate tyrannicū appellatur. At quoniam poetica imitatio partes eiusmodi suscitāt, fouetq; & auget, irritans iram, titillans libidinem, soluens risum, effundens lacrymas & querelas, idcirco rōnis quidem regnū labefactare, perturbationis verò tyrannidem videtur adducere. Quamobrem Socrates pestem eiusmodi alioquin iucundam, sed maxime venenosam perdit, ne ipsa nos perdat. Ac vide quanta charitate Plato noster vbiq; humano generi consulat, ea videlicet disquirens circūspiciensq; pericula, quæ aliis omnino nullus suspicaretur: adde insuper eo naturæ educationiq; propria. i. poetica valde repugnās, modò strenuè pro publica salute propugnet. Quamobrē nemini mirū videri debet Platonem hic ob veritatis amorē vel Homero suo nō parere, quandoquidē ob iustitiæ cultum, neq; genio quidem indulget suo. Homero aut̄ præcipuè derogat, ut per ipsum imitatorum principē, ceteros multo magis damnatos excusimemus. Et quoniā dicit ab Homero neq; diuina, neq; humana doceri, intellige laudes in Philēbo à Platone tributas Homero, non ex Platonis sententia, sed ex cōi opinione deductas. Probat aut̄ imitandi peritū esse, ut narrauimus, valde periculosam, p̄terea seruilem atq; vilissimam. Siquidem imitatores, neq; res ipsas intelligunt, neq; faciūt, sed apparentes sensibus rerū formas secuti, vulgaresq; de his opiniones aucupati, & imagines quasidā referunt, & sensibus perturbationibusq; obsequuntur, nulla rōnis habita ratione. Quantū verò poetæ improbat ubi perturbant, tantū probat si ad virtutem et pietatē per honestas herouū laudes diuinis que hymnis hortētur. Verum ut quàm vilis sit oīs imitatio exprimat, artium genus in tres diuidit species, vntem, fabricantem, imitantē. Et vntem quidem Lyræ. i. musicam, ait superā rem Lyræ fabricatricem, quoniā certò sibi præscripto fine, formā illi proponit operis fabricandi. Fabricantem verò superare pictorem, Lyræ coloribus imitantem. Qualem iudicat & poetam, sic ad aures rerū imagines, sicut pictor ad oculos, referentem. Sed inter hæc theologica quædam de ideis mysteria inferuntur, quæ quoniam in theologia latius aperuimus, raptim in præsentia perstringemus. Ascende æge Platonicè contēplator ab oīs formis quas in mundi materia sentis, ad naturam formatū eiusmodi genitricem. Quam et si nō sentis, cogita tamen infusam mūdi materiæ ceu vitalem spiritum & plenū seminum, & per semina artificiosè singula disponentem. Naturā hanc in mundo talem esse scito, qualem in te scis esse potentiā vegetalē. Ergo quemadmodum in te vegetali naturæ intelligis præesse sentiendi virtutē: ita et in mundo naturam similem, sed cōissimam, in fontem redige sentiendi quasi similem, sed cōmunissimam. Deinde & in te sensum in rōnem, rationem in intellectum, & in mundo similiter sentiendi genus in rationalem naturā, atque hanc in genus intellectuale reducās. Præterea cū percipias in te ipso intellectum id quod intelligibile est appetere quasi perfectius, ab eo que formari velut potentiorē, p̄pone tam in mundo, quam in te naturam intelligibile intellectualem naturæ. Intelligibile verò idem omnino atque ipsum ens appella. Hinc deniq; quod & intelligibile & ens appellasti, ipsum præpone bonū. Nam & ut bene sis esse cupis, & intelligibile gratia ipsius boni desideras. Postquam huc ascenderit, percipies vniuersum sacro quodā septenario designatum, ab infimæque materia surgens p̄ sensibiles qualitates, per naturam, per sensum, rōnem, intellectū, intelligibile, ad ipsum bonū. Præterea spiritum bonum cuncta sub septenario numero, quasi die sexto perfectisse, & in gradu septimo, velut septimo die. i. in seipso conqueuisse. Aliorum nanque oīum finis est ipsum bonum. Boni igitur nullus extra se finis, vel potest esse, vel fingi. Si bonum quo perficiantur appetunt oīa, conclude à bono effici omnia. Itē si intrinseca propriæque virtute omnia facit, intellige ipsum vniuersum in seipso cōplecti. At quoniam prima ideò que simplicissima natura est, idcirco formas in eo oīum, formam ipsius vnam esse memento, quā Plato boni ipsius vocat ideam, in qua dixit Timæus Deum mundi opificē cum creauisset mundum requieuisse, dicēs mundi opificem in circūspectum suum se recepisse. Proinde ipsa idea boni, ideæ, id est, speciales oīum formas, specie duntaxat inter se distinctas, in naturā intelligibili generat, qua ens vniuersum modò quodā intelligibili comprehenditur, intelligentia quoq; oīs mira quædam super intelligentiam rōne. In hanc naturam intelligibilem oēs suscipiunt intellectus, ab eaque suscipiunt stabiles formulas idearum. Suscipiunt & rōnes animæ, vnde & formulas, licet quodāmodo mobiles acceperūt. Post has rationaliū formulas animarum, virtutem quoque sensuale idearum descendunt imagines. Deinceps in vegetalem quoque naturam semina, p̄rque qualitates denique in materiā.

Quando

Quando igitur Plato inquit, Deum Ideas facere in natura, intelligere in natura mundoque; intelligibili angelicarum capite mentium. Quod aut lectum dixit & mensam, exempli gratia dictum sit, ut per hęc artificia intelligas naturalia. i. per lectum & mensam, cum qui his ritur hominem. Præterea exemplum in arte præpositæ quæ stioni accommodatus videbatur. Fortè vero & formas regulis artium necessarias ab ideis abesse non putat. Neque mirum videri debet hominem artium formas habere diuinitus, quum imaginationes artium bestijs quoque non desint. Ac si eiusmodi formæ diuinitus in aîa stant, idcirco dicuntur fieri in natura, quia naturaliter inferantur. Quod si quis ad artificia quædam videatur ineptior, dicent cum Platonicis vel per varia distractum fuisse, vel se totum ad opposita conuertisse. Nota Platonis verba dicentis, Deum non intelligere solum, sed & velle, significantis; Deum intra se intelligendo concipere, & extra se fabricare volendo. Nota rursus Deum naturalis vniuersi speciei vni tantum specie expressisse ideam in ipso intelligibili mundo, puta speciei humanæ idealem humanitatem vnam: si enim in materia vbi in numerabilis mobilis; varietas est, in singulis hominibus vno quædam cõmunis nature seruatur, multo magis in simpliciter stabili; natura, pro vna specie naturali idea vnica sufficit. Imò vero diuersa hæc & instabilia vnam in se nature cõmunionem non aliunde habere possunt, quam ab ipsa sublimis vnitatis nature. Rursus si ponantur humanitates duæ, certè qua ratione vtraque humanitas est, inter se non differunt, imò sunt vnum. Ergo si differant, profecto per additamenta quædam vtriusque subiuncta, vnicem dissepabunt. Itaque neutra erit absoluta humanitas ipsa, sed humanitas quædam atque talis, et humanum quiddam potius quam humanitas. Et vtriusque tanquam eiusdem humanitatis particeps, humanum similiter appellabitur: atque præter hæc erit humanitas in seipsa prius vna, quam à subiectis pluribus capiatur. Merito Deus cum sit simpliciter causa, non est dicendus autor quidam hominis, vel equi cuiusdam, sed autor hominis atque equi. Ideo vnam absolutamque pro qualibet rerum specie procreauit ideam. At quando apud nos hic homo generat illum, haudquaquam homo hic hominis simpliciter dicendus est autor, sed quidam hominis cuiusdam autor. Neque enim solus homo causa est, sed est in causa, in numero videlicet causarum. neque totum facit: non enim materiam primam, aut animam. neque ipsi homini dat principium: ante hunc enim passim erat homo, et sine huius opera sit vbi que fietque homo. Vbi vero Plato dicit Deum ideam vnam progenisse, quia videlicet, vel volebat plures fore, vel aliqua necessitas inerat non fore plures, intellige in Deo ita necessitatem, cum voluntate conuertit, ideo ut necessarium sit ita esse, quia Deus ita vult esse. Siquidem in summa diuinitatis simplicitate non aliud est necessitas quam voluntas. Ergo si dixeris, necesse est Deum ita velle vel facere, conuertat similiter, vult Deus ita necessarium esse. Merito vbi summa bonitas cum summa potestate concurrat, ibidem summa libertas cum summa necessitate conspirat. Consideranda sunt inter hæc diuisa quædam, valde tamen vtilia. Quale illud, Lectio vel doctrina, nisi ad optimam rationem vitæ conducatur, est inutilis. Quæ quidem in re admiranda fuit vita & disciplina Pythagoræ, ac iure maxime apud omnes autoritatis, Platonis etiam tempore. Item poemata, si harmonica uerborum compositio adimatur, momenti nullius euadunt. Præterea virtus, aut hominis, aut rei, in facultate quadam consistit ad finem illum præcipue conferente, cuius gratia & res ipsa facta est, & homo natus. Apparet iterea quædam inter sensum & rationemque distinctio, quod sensus plerumque circa magnitudinem & figuram numerumque falluntur, & pondus: interim tamen ratio per ipsam metiendi & numerandi librandi que facultatem iudicium sensus emendat. Constat aut animam non posse eodem in tempore per eandem sui potentiam de re modo contrario iudicare. Apparet etiam vires appetendi nobis inesse diuersas. Quippe cum rem eandem simul appetamus atque respiciamus. Aduerte non esse exigendum à probo ciue, ut omni no nihil doleat, sed ut nascentem dolorem eiusmodi rationibus confortetur. Vbi apparet aliam esse animi partem quæ velut egra indiget medicina, aliam quæ tanquam sana medetur. Hæc vero rationes aduersus dolorem sunt præcipue quattuor. Prima quia incertum est, bonumne id sit quod accidit, aut malum. Secunda, quod quælecun que sit, certè parui pendendum est. Nihil enim inter somnia humana magni pendendum. Tertia, quod nihil omnino dolendo proficimus. Quarta, quia dolor id semper, quod subito nobis præsidio esse potest, impediatur. Confirmat hæc ex eo, quod & superari turpissimum est, & superare pulcherrimum. Qui vero dolore vel alia quavis perturbatione premitur, iam est turpissime superatus. Ideo præcipit ut in aduersis atque perturbantibus maxime medici duntaxat utamur officio, qui dolentibus non condolet, sed medetur. Comparat talorum iactibus quotidianas uitæ fortēs, quas ita vult rationibus emendari, quemadmodum iactus talorum artificio quodam in

di emendari videntur. Sed superiora præcepta ad ea quæ sequuntur, quasi quædam præludia sunt. Maximum quidem omnium id nobis in vita propositum sit certamen, quo superemus ritum, vitiatamque consequamur, cunctaque omnino quæ inter homines habentur bona, ut ipsi boni simus, pro nihilo habeamus. Siquidem proprium iustitiæ præmium maius est, quam cuncta quæ inter homines possunt præmia reportari: quippe cum & ipse iustitiæ si lendor supra modum hæc omnia superet, & in rebus mobilibus, breuib; vmbraulis bus reperiri nequeat præmium iustitiæ immobili, sempiternæ, verissimæque conueniens. Ex his concluditur immobilem iustitiæ habitum propter immobile præmium exoptari debere. Quod quidem post præsentis vitæ curricula laboribus iustitiæ manet. Alioquin iustitiæ ipsa, quæ excellentissimum indicatur bonum, iustis hominibus foret mala ob amores iustitiæ continue laborantibus, sepeque affectis iniuria, neque iniuriarum vlciscentibus, adde & bona præsentia æternorum desiderio contemnentibus, neque præmium apud homines iustitiæ, imò vero pro iustitiæ iniustum sepe supplicium reportantibus. Quamobrem ne bonum noceat, & iustitiæ careat præmio, & Deus vel minus provideat, vel pro meritis non rependat, iudicandum est fore animos immortales. Præsertim, ut tam iniusti, qui videntes panas iniustitiæ non dederunt, saltem defuncti persoluant, quam iusti inter mortales omnino spreti, apud superiores coronentur. Hinc nobile tradit præceptum: Animus immortalis non debet pro breui hoc, sed pro vniuerso tempore esse sollicitus. Immortalitatem anime Plato in Phædro & Phædone, alibi ostendit. Eiusmodique ratione esse certæ demonstrationes ostendit in libro de Scientia, dicens verba eorum qui contraria sentiunt, examinanti ridicula tandem euadere. Item in Gorgia, affirmans mysteria hæc adamantinis rationibus esse probata. Præterea in hoc decimo, vbi post argumentationem subdit, tam per talem argumentationem, tum per alias multas cogit nos ad id sitendum. Arbitror equidem in Platonis verbis vim quandam latere mirabilem à paucissimis intellectam, ut non mirum sit, si per argumentationes Platonicas alij quidem demonstratum id existimant, alij vero nondum demonstratum. Demostheni certe audienti Platonis tanta efficacia per vnam vocem persuasum fuit, ut diceret: malle se honestè mori, quam turpiter viuere, postquam Platonem atque Xenocratem de animorum immortalitate differenter audierat. Eandem quoque in scriptis Platonis vim percepit Cleombrotus, & apud Grecos multi Egestæ auditores, qui sese e corpore carere ob desiderium alterius vitæ liberauerunt. Eandem Platonis præcipit Boethius philosophia teste concedens hoc sibi certè rationibus demonstratum. Eandem Aurelius Augustinus persensisse videtur, vbi ait hæc de re se nunquam dubitasse. Confirmantur hæc etiam locum, rationes quasdam ad hæc demonstrationes esse dicente. Neque solum demonstrari posse Plato hic inquit, sed etiam facile demonstrari, apud illos, ut arbitror, qui cum ipsi purgatam segregatamque à corpore mentem habeant, merito non diffidunt posse quandoque animam segregatam à corpore viuere. Quandoquidem experientur ipsi mentem suam seunctam à sensibus viuere melius quam coniuictam. Compertum etiam habent aliorum animas immensas corporibus atque ideo vitiosas, vitio tamen morboque proprio non intermisi, & idcirco multo minus alieno, id est corpore morbo posse corrumpi. Siquidem & corpus ipsum externo malo non prius perimitur, quam intrinsecum inde inferatur malum, quo proximè perimatur. Caterum ne quis animæ suæ diuinitate diffidat, inbellam à contractis ex amore corporeo sordibus penitus expurgare, purgatamque perspicere, quam puram, quam simplex, quam diuorum auida, tanquam diuinitati cognata, quam cito, quam bene luminis diuini sit capax. Quod autem dicit animas in diuinitate non fieri numero plures, intellige non ita fieri, ut ex corporibus oriatur & componantur. Quod quidem sequens ratio manifestat, dicens: si diuina de corporibus componantur, tandem cum diuina nunquam resoluantur in corpora, fore ut nihil reliquum sit corporum in natura. Rursus aduerte quod subdit animam non esse compositam: alioquin indissolubile fore non posset. Atque intellige essentiam ad hoc, ut dissolui non possit, non portere vel nullis compositam esse, vel si sit composita, non tamen ex materijs vllis componi, atque ita rursus constari, ut in eius compositione multitudo non superet vnitatem, imò vnitatis per harmonicam vniorem superet multitudinem, ita vniuersæque motum. Conclude mysterium, partim ad providentiam, partim ad immortalitatem præmii que iustitiæ pertinet. Iustus quidem Deo euadit similis, iniustus vero dissimilis. Cùmque non lateat Deum, hunc sibi esse similem, illum vero dissimilem, rationi consentaneum est, iustum Deo charum esse atque amicum, iniustum contra. Propterea Deum iustus tanquam amicos nullo pacto negligere, sed illis semper ita

prospicere, ut eis singula quamvis videantur aduersa, tandem euadant prospera, vel uiuentibus, vel defunctis. Verum cur nam hic historicum quoddam exemplo potius quam argumentationum diligentia mysterium immortalitatis asseruit? Quoniam ciues ad iustitiam non tam uerborum artificio, quam exemplo & opere sunt prouocandi. Præterea cur ad id confirmandum producit in medium hominem à mortuis resurgentem? Quia etsi rationibus immortalitas constet, & communis quædam iustitiæ executio, tamen locum, formam, dispositionem vel præmiij, vel supplicij ab illo qui interfuerit, oportet accipere. Quod nobis propè Phædonis finem significatur. Neque ab re resurrexerat testatur Herum Pamphylum, pro salute patriæ in prælio mortuum, ut significet eos qui pro publico moriuntur honore, ad ueram uitam resurrecturos, quanquam ex multis uisus resurrexit ad nostram. Sed nunquid historia hæc est, an fabula? Historiam esse uult iustissimus Platonius, martyriq; Christianus. Quod equidem non refellam. Vbi uero Plato apologum fabulamq; nominat, exponi poterit historiam dici posse fabulam, quoties ultra res gestas augustiorem habet allegoriam: Quam ob causam Olympiodorus quoque ait Platonem historias & rationes sepe fabulas appellasse. Et quoniam manes & iustitiæ loca figuratq; aliter in Phædro, aliter in Gorgia, aliter in Phædone, & hic alibi que disponit, perspicue patet hæc præter loci formam, sensum quoque allegoricum continere. Utitur autem hic circa resurrectionem duodenario numero, qui spherarum mundanarum apud prisicos est numerus, putantes octo super quattuor elementa esse celos: quasi dicat opus esse uirtute diuina uiuersi domina ad mortuum suscitandum, idq; interdu ad hominum doctrinam diuina prouidentia fieri. Sunt & qui dicant annum magnum, quo hominis anima suum explet circuitum, per quem in idem redeat, duodecim annorum millibus comprehendi, tribusque annis eiusmodi annum mundi exequari magnum, quo mundi anima per firmamentum motum, suum peragat ambitum, triginta sex annorum millibus peragendum. Circuitum uero anime nostræ per duodecim agi annorum millia inde uolunt, quia oportet per omnes discurre spheræ, chorosq; deorum, qui in Phædro per duodecim ordines digerantur. Sed quidnam sibi uolunt hiatus in terra duo, totidemque in celo? ut intelligas animas alia quidem uia ad terrena descendere, scilicet habitu quodam corporeo. alia uero à terris ascendere, scilicet habitu illius purgatione. E celo similiter labi in elementa corporis elementalis amore, ac uicissim resurgere in caelestia amore hoc restincto, caelestique accenso. Hinc ait Orpheus, Amorem omnium tam superiorum, quam inferiorum clauas habere. Iudices animarum in aere & æthere collocat angelos, prouidentia diuina ministros. Post sententiam, iusti celum petunt coram se & opera & iudicia præferentes: quia uelut delictis & seipfos nouerunt, tam sibi met quam alijs lucent. Inuerti contra descendunt, sua ferentes à tergo. Neque enim cognouere seipfos, neque profuere sibi, sed cæteris exemplo sunt potius quam sibi met auxilio. Pratum in quo & ascendentes & descendentes ad tempus anime requiescunt, media quædam regio est inter inferos & caelestes, ac dispositio inter bonum habitum atque malum, & status beatitudinem inter atque miseriam, limbo similis in aere designatus. Hic aduerte animas quæ in superiori uita mutuatam notitiam habuerunt, in altera inuicem se agnoscere. Item in eiusmodi prato diuissimè residere animas secundum Platonicos, eorum qui in insantia decesserunt: de quibus Herus quædam memoria parum digna recensuit. Quia cum in neutram partem declinauerint eligendo, neque obdixerint habitum, Platonicos eas in lumine tantum naturali relinquunt. At uero beatos quidem super naturale lumen, miseros autem infra id lumen positos esse putant. Agitur hic præterea de supplicijs purgatorijs. Sed cur nam culpa doloribus aboletur? quia uidelicet uoluptatibus inoleuit. Nonne & medici morbos plurimum à contrario curant? An aduerte Platonem non temere ad delendam culpam numero uis denario, & centenario insuper, atque millenario. Sanè pro quolibet uoluptatis gradus decem adhibet supplicij gradus. Primo quidem queritur quam ob causam plures penduntur gradus pænæ quam percepti fuerint uoluptatis. Respondetur ob læse maiestatis diuinae crimen ita deberi. Præterea sicut beatitudinis gaudia iustitiæ humane dolores exuperant, sic miseriæ cruciatibus iniustitiæ uoluptates. Denique neque tam facile delentur notie, quam facile imprimuntur: neque qui peccati habitum confirmauit, si uisisset ultra delinquere desisset. Queritur deinde cur gradus decem. Quid si Plato Mosaicum decalogum est imitatus? cumque arbitratus sit eum quodammodo contra præcepta diuina legis decem agere, qui aliquod ex decem omnino neglexerit, iure decies in-

dicat cruciandum? proinde denarius numerus dicitur uniuersus. Omnes enim numeros, vel infra se implicat, vel per se suosque explicat replicando. Uniuersus autem numerus opportune animi purgandis accommodatur, ut per hunc significetur uniuersam corporis labem deponendam esse prius quam ad uniuersi peruenias principem, pænes quem nihil potest esse corporeum. Queritur post hæc, cur præter gradus pænarum decem, annos centum affligantur iniusti. Respondeo quia si ad centum usque uixissent annos, quo termino uita hominum quodammodo designatur, continue peccauissent. Attribuitur autem cuilibet decem graduum numerus centenarius, unde numerus conficitur millenarius. Hinc illud: Centum errant annos. Item & illud: Mille rotam uoluerunt per annos. Præterea centum pro uno accipietis. Nam his Plato numeris, non solum in supplicio, sed etiam in quibusdam præmijs utitur. Profecto si denarius in se ducatur multiplicando decies decem, ex eo nascitur centenarius. Deinde si reducatur in semetipsum, computando decies decem decies, millenarius procreatur. Itaque & denarius uniuersus est numerus, & centenarius millenariusque uniuersales sunt numeri. Item si ab uno procedas in decem, numerus nascitur linearis. Si à decem in centum, superficialis fit numerus. Si à decem in mille, fit solidus. Ut ergo allegoricè exponamus, iniusti hominis anima à seipsa discescit in corpus, labæque est infecta corporea. Hanc utique labem per denarium, qui uniuersus est numerus, expurgatura est uniuersam. Quod uero denarium oportet in se duci centenarium procreando, significat animam à corpore ad se per rationem emergere oportere. Deinde quod opus sit denarium in seipsum reducere millenarium generando, allegoricè docet animam non solum erga se uerti debere per rationem, sed per intelligentiam quoque in se conuerti, atque ita in unitatem reduci propriam, qua denique possit Deo frui summa omnium uitate. Linearis autem numerus & superficialis & solidus, mystice docent ad mentem purificandam, non solum extrinsecam operum, uerborum, cogitationum superficiem, sed etiam profundissima quæque penetralia diligentissime perquirenda. Post limbum & purgatorium descendit ad inferos. Sed Platonicos uelle scito, non solum in purgatorio temporales esse pænas, uerum etiam in caelesti quadam regione temporalia gaudia, ut utrinque par pari respondeat. Sic enim distinguunt. Aut sensus in uita omnino paruit rationi, aut omnino ratio sensus, aut semper inuicem pugnauerunt: atque in ea pugna uel sensus plurimum uel ratio superabat. Animæ igitur in quibus sensus rationi per habitum confirmatum prorsus obtemperauit, sempiternum præmium consequuntur. Contra uero affectus, sempiternis supplicijs condemnantur. Mediè uero, si superauit ratio ad temporalia præmia, sin uero sensus, ad temporalia supplicia transferuntur. Quibus uero nullum consultandi datum est tempus, limbus apud Platonicos seruatur eligendi locus, hic sub præti nomine designatus. Et si præta interdum Platonicè caelestia præsertim suprema nominant, hic tamen præta æream significant regionem. Quo enim pacto hic per præta significaret sublimè celum, cum dicat ad hæc animas è caelis alias descendere, alias è terra uisceribus subito peruenire? Sint ergo eiusmodi præta sublimis quædam aeris plagæ, contiguæ sublimibus illis terra plagis quas in Phædone describit in paradisi terreni formam, felices sub uero perpetuo habere cultores. Ibidem campos quoque ponunt Elysios, terra inquam. Nam caelestes Elysios celum habet octauum. Hinc illud,

Astra tenent caeleste solum, formæq; deorum.

Mitto in præsentia Proclum & Plotinum, qui ubi Plato sempiternum dicit, exponunt uniuersum anni amplissimi tempus, quo singulorum temporum curricula peraguntur. Porphyrium quadam ex parte in hoc & Iamblichum magis probo, ut hinc intelligantur æterna. Vbi enim Plato insanabilem dicit animum, & talem qui purgari possit nunquam, satis indicat æterna supplicia, atque uicissim gaudia infinita. Quo uero pacto alij quidam hæc exponant, memoria dignum esse non censui. Præterea si Platonis uerba consideraueris, agnosces Euangelicum illud: Ligatis manibus & pedibus, in exteriores tenebras eum mitte. Sed addit hic, ligato capite. Vinculum quidem capitis significat rationis impedimentum, & luminis orbitatem. Nodus uero manuum, actionis profectusque priuationem. Denique ligati pedes, non ducunt, non progrediuntur, non perueniunt, sed uel illata raptantur. Cognosces quoque sub ignorum hominum figura uictores demones, pænasq; corporeas, idemque ex multis percipies coniecturis. Notabis & proprium exterioris uocabulum. Præterea tenebras, ubi clauduntur hiatus. Sub nomine quoque mugitus, stridorem dentium atque fetum. Postquam uero loca pænarum disposuit, & gaudiorum

per oppositam formam significavit, & media tetigit, ad illas iam reuertitur animas, quae in praeo partim è calo post premium temporale, partim è terra post temporale supplicium confluerunt. Quas in elementalem rursus generationem dicit oportere reuerti, per quae illam eatenus progredi, quoad firmiorem statum, siue firmistimum quandoque promerentur. Has, inquit, septem in praeo dies conuenisse. Hunc tu septenarium, si per septem planetas interpreteris, item per septem dierum septenarios quibus ante motum factus in alio quiescit, ac etiam per septem quousque dies in quibus gradatim in vtero forma mutantur, forte nonnihil asserere videberis. Sed quid istud ad animas? quae neque amplius in planetis sunt, descenderunt enim: & nondum alio clauduntur, descensurae enim sunt in vterum, postquam ad tria fata peruenerint. In terea aereo corpore aeream incolunt regionem. Verum esto, si placet. Forte etiam quia interim quodam modo viuunt steriles, sterili quodam numero deputantur: & quoniam septenarius neque ex aliquo numero gignitur aliquoties repetito, neque gignit aliquem intra decem, aptissime conuenit animabus adhuc vtriusque à generatione vacantiibus. Attribuunt Pythagorici eundem numerum Palladi, quia neque ex matre genita sit, neque genuerit. Conuenire volunt & animis à terrena adhuc matre semotis, & vniuersum sub Palladis sapientia contemplantibus. At quum primum ab eiusmodi vacatione conserunt, subeunt octonarium, qui & gignitur, & primus est inter numeros solidus. Ideo cum anima conseruit propemodum ad corpus solidum accessura. Solidum vero octonarium appellamus, quoniam ex binario per seipsum ter repetito, & in se redeunte creatur, dimensionem trinam significante. Nam ex his duo bis, octo complentur. Adde si colis musicam, vocem septinam esse penitus dissonam, octauam vero omnium maxime consonantem. Consonare autem oportet tam corpus animae, quam vtriusque fato, vt caelestis anima ineat cum corpore tereno commercium. Cuius quidem consonantiae tandem expletis numeris, anima iam ipsi & terra dissonet, & consonet caelum, si modo futura sit felix. Proinde quod quattuor dies ad generationis progressum, octo diebus Plato subiungit, intellige in natura anima vegetali vim & effectum quendam quodammodo iam regnare ad formandum corpus ex elementis quattuor constitutum. Item sub octaua consonantia opus est quarta quodammodo ad consonantiam accedente, & quinta vera iam consonantia. Quinque vero sunt, si sequentes quattuor vna cum precedente computare volueris. Quinetiam videbis hic duodenarium assignatum, quo anima ad exordia generationis accedit. Duodecim enim ad id opus est sphaerarum & diuinorum demoniorumque ordinum adiumento. Vox insuper & consonantia duodecima perfectissima est ex diapason & diapente, ex octaua & quinta resultans, sua quadam gratia rebus congruens amatoris, conueniens quoque nuptis. Eiusmodi vero animae iamiam amore quodam, vt ita dixeris, venero duce, terrenis concilianda sunt nuptis. Sed cur Plato cum duodenarium computaturus esset, ac post septem residuum esset subiuncturus, non subito dixit quinque? vt videlicet per octo & per quattuor inueneret mysteria quae audisti: rursusque per diei vnus iter additum ad complendum duodenarium, animaduertes corpus ex quattuor compositum elementis non prius ad animam preparari posse, quam & ipsum in vnam quintamque formam quasi calo similem, fuerit temperatum, & anima vnum ex se vitalem actum corpori facile imprimat figurato. Quoniam vero anima ad composita declinantes corpora, sati legibus magna ex parte subduntur, & vicissim fato duce ad illa labuntur, idcirco inquit, has animas in conspectum sati procedere. Principio igitur naturam ipsam sub lumine columnari depingit, quod sit vinculum vniuersi. Naturam intellige vitalem feminariamque virtutem ab ipsa mundi anima infusam materiae mundi: quae propterea lumen dicitur, quoniam penetrans & vitalis. Item recta nuncupatur columna, quia quasi per longum totam vbiq; materiam penetrat, multosque formarum gradus producit deinceps specie & genere differentes. Dicitur etiam per omnem extendi partem, & caelum vndique alligare, quia tota vbiq; adest & continet, multaque tanquam per latera quadam dine perueniatur ad latitudinem: quoniam penetrando diffunditur: & quatenus diffunditur, implet, regitque implendo. Hinc illud: spiritus intus alit. Varietas vero colorum, seminalium virtutum declarat varietatem. In hac vtriusque natura, fatalis latet fusus: secundum imaginationem quidem, ipse sphaerarum axis geminis polis centroque decorus: secundum vero rationem quoddam animae mundanae simulacrum, vegetalisque virtus eius natura

presidens, eamque velut instrumentum mouens ad naturalia non solum artificiosè, sed etiam inuitabiliter fabricanda: vt non solum ordo à natura sit in mundo, sed etiam à fato inuitabilis ordo. Hinc illud in Politico: Mundus à naturali cupiditate fatore ducitur. Sed tanta natura cum fato cognatio est, vt vix inter se à philosophis discernantur. Vt autem inmutabilem sati naturam exprimeret, fusum eius esse dixit ex Adamante. Vertigium autem, id est, caelum ex Adamante rursus, aliisque materis, scilicet astris non solum fixis, sed & mobilibus atque communibus, multiplicique formarum varietate. Euidenter deinde octo depingit sphaeras, quae à natura quidem agitantur, sed à fato natura praeside inmutabiliter agitantur, & instrumenta sati esse dicuntur. Inculcantur inter haec multa ad mensuras, profunditates, intervalla, motiones, harmonias, formas, virtutes sphaerarum caelestium pertinentia, quae in Timaei commentariis opportunè explicabimus. Summatim vero ex velocissimo & ordinatissimo calorem motu, potentissimoque contactu melodiam ingentem & variam et suauissimam cogita procreari, grauiores quidem voces ex motibus, acutiores autem ex velocioribus, ex medijs vero medijs. At quoniam elementalis auditus ad caelestem melodiam caret proportionem, sonus eiusmodi non auditur. Hic nouem Musas atque Sirenes esse cogitamus, octo sphaerarum tonos, cœcuntumque ex tonis harmoniam. Proinde fatalem fusum, id est traxim, inquit, inter genera dea Neecessitatis veri. Cui tres sint filiae, Lachesis, Clotho, Atropos, quae vna cum matre caelestia voluant. Mitto qui de his sentiat Proclus, non solum ponens Iouem vnum vniuersalem mundi totius opificem, sed tres insuper sub eo Ioues particulares opifices. Deinceps pari proportionem deam vnam esse Neecessitatem in ordine illo custodientem omnia, in quo communis Iupiter cuncta composuit. Praeterea tria fata, id est tris deas huius Neecessitatis filias, quarum alia alia sub matris imperio procul à transgressione conseruent. Et neecessitatem quidem deam omnino collocat super mundum, filias autem partim quidem à mundo semotas, partim etiam declinantes ad mundum. Mihi vero sicut & plerisque alijs Platoniorum, magis placet, Neecessitatem esse mundi animam. Filias autem tres esse tres huius animae vires ad fatalia pertinentes. Vacat autem Neecessitatem, non quia vel natura, vel rationi inferat violentiam, sed quia omnia in suo quodam ordine ab opifice remuneratione conseruat, neque permittit quicquam leges illius adeo transgredi, quam mox regredatur in leges. Caelos voluit genibus, id est inuolante sui, tanta videlicet facilitate, vt expeditissime interim cœlestium plationis gaudio perfruatur. Sed hanc ipsam vegetalem partem tribus appellat nominibus. Lachesis quidem, quia rerum semibus grauida est, & vitarum sortibus atque formis, quae descensurus inserit animabus. Clotho deinde, quoniam inuolante sortis ordine suo euoluit in actum viuendi, & explicat in effectum. Postremo Atropos, quoniam vitas iam euolutas in actum progressu quodam indeclinabili, ad inuitabilem usque terminum conseruat atque custodit. Nonnulli primam nominant Vestem, Secundam Mineruam. Tertiam vero Martem siue Martiam. Deinde quod dicit Parcas ad Sirenum motus harmonicos canere, accipe, fatales vitas ad effectum per caelestes motiones influxusque procedere. Sedes Neecessitatis filiarumque eius ostendunt fatalis ordinis firmitatem, quasi oporteat mobilium progressionem ab ipsa motoris immobilitate regi atque ordinari. Sedium vero parca intervalla instam, tum inter fata, tum per fata distributionem fieri euidenter ostendunt. Vestes albae tum satorum naturam inuolantem ostendunt, tum innocentem. Non enim agit vitare solo malum, quod ab optimo vniuersi duce dependet. Corona defra bit imperium. Cantare est per temporum intervalla ea congruente digerere singula, quae diuina mens momento quidem instanti temporibus digerenda praescribit. Hinc fit vt Parcae omnes temporanea cantent. Et cur Lachesis praeterita, Clotho praesentia, Atropos vero futura? Respondeat Proclus, in praeterito quidem tria tempora cogitari. Nam & praeterisse iam dicitur, & quandoque fuisse praesens, & antequam praesens esset, fuisse futurum. In praesenti vero ipsum cogitari praesens, quod prius fuerat & futurum. In futuro denique futurum dumtaxat agnosci. Post haec vero declarari praecipuam esse Lachesis. Secundo dignitatis loco Clotho. Tertio Atropos. Verum cur nam Parcae globos tractant manibus, mater vero nequaquam? quoniam infima illius animae vires cognatiores globis sunt quam anima ipsius substantia. Cur item Lachesis gemina tangit manu? quia in exordio & medium continetur & finis. Cur deinde Clotho amplio rem, & ab extrinseco tangit ambitum atque dextra? Atropos autem angustior rem ab intrinseco atque sinistra? Quia euolutio vitae per media

& ab extrinseca exorditur causa, & amplior est, contingit quoque prosperior. Inevitabilis autem terminus, & ab intrinseca iam prouenit proprietate concepta, & definit in angustum. Adde quod etiam surrepit, & ut plurimum contra uoluntatem. Quod autem Parcas inquit, caelum intermissione quadam temporis tangere, ne putes fatales mundanae animae vires modo regere mundana, modo non regere. Si enim mutabilitas sit in fato, cuius propria immutabilitas ipsa est, nihil fingi poterit non mutabile. Plato igitur humano quodam more atque sermone diuina pingens officia, imuere vult, fata partim res ipsas tractare, partim vero nequaquam: tum quia mundanae animae virtus in ipsa suae integritatis dignitate consistens, actionem suam rebus gubernandis accommodat, ac vicissim dum accommodat, non miscetur: tum quia temporalium in operibus vicissitudinem exhibent, & quam intermissionem in operatione sua dicuntur habere, non in se quidem, sed in effectu demonstrant: tum quia naturalia quidem tractat, supernaturalia non attingit. Quae enim ad rationem puram liberamque, vel ad diuinam intelligentiam fato superiorem pertinent, minime tangit. Talia enim ad sublimem dei prouidentiam celesti fato superiorem miro quodam ordine reducuntur. Similiter in Politico scribitur, mundanae alias a fato, alias a prouidentia regi: non quia intermissa quadam vicissitudine temporum fiat eiusmodi commutatio, sed quia quotidie quaedam sub fato fiunt, quaedam per prouidentiae leges super fatalem seriem disponuntur. Accedit ad haec quod animae nostrae aliis in prouidentia sunt omnino, aliis profus in fato, aliis in vitroque simul. Quum enim expedita tantum mente contemplatrice viuunt, in prouidentia solum, penitusque libere viuunt. Quum vero in vegetali parte ad corpus hoc inclinatio inualescit, atque ad imaginationem usque talis inclinatio propagatur, ad fatum iam declinantes, pariter a libertate degenerant. At dum composito corpori coniunguntur, iam in ipsum corpus sui fatum sese mergunt, minusque admodum pristinae retinent libertatis. Denique postquam affectus corporeos in habitum contraxerunt, fato iam funditus obruuntur, omni libertate priuatae. Queritur quomodo causam hic animae naturali quodam instinctu ad Lachesis videantur accedere. Profecto in generali natura corporeae machinae omnia sunt feminae specierum, certis non solum formis & modis, sed temporibus quoque pullulaturae. Quinetiam in propria qualibet & cuiuslibet speciei natura similis quidam est seminalis ordo, sed ad speciem propriam pertinet propagandum atque seruandam. Similis & in quolibet sub specie indiuiduo fomes proclitatusque ad singula modis temporibusque propriis producenda. Tres haec naturae deinceps ita dispositae sunt, ut indiuidualis sequatur speciem, specialis simul & generalem, adeo ut plurimum quod ex vniuersa natura est, pariter sit ex aliis, & particularis natura cum vniuersa consentiat. Eadem ferme ratione se habet fatum, id est, praesignatio quaedam rerum explicandarum, tum in ipsa mundi anima, tum in duodecim sphaerarum & siderum animabus, tum etiam in animabus iam quasi particularibus: quarum in numero sunt humanae. In vegetali ergo virtute animae nostrae proprium quoddam inest fatum, & inuoluta series futurorum, consentiens in forma modoque: tempore nam cum fati caelestium animarum, animaeque mundanae. Quem admodum igitur plantae cuiuslibet germen propriis quibusdam figuris & suo tempore pullulans, sponte videtur nam cum vniuersali temporis vniuersa natura ad idem pronocante concurrere: sic & animae suapte natura suoque fato opportune proprias quasdam tunc promunt vitas, quando ad easdem similiter vniuersale conuocatur fatum, ita ut animarum chorus suis quibusdam saltandi figuris variorumque simul diuersitate saltantium, fatalem imitetur cantum atque sonum. Cantum quidem intelligi malim in caelestibus animabus, in sphaeris vero sonum, in nobis denique saltum. Tali quodam instinctu ad Lachesis animae in auspiciis vitae perueniunt ad sortes suas per sortes Lachesis confirmandas. Confirmantur igitur per prophetam quendam. Propheta hic duo quaedam significat, tum vniuersalem primumque prouidentiae instusum in animam, tum opportunitatem, sub qua eiusmodi fit concursus, ut animae ad id ferantur, quod & fatum perfert vniuersale. Quod ergo dicit prophetam disponere in ordinem animas, sortesque a Lachesi in eas transferre: significat haec omnia confirmari, tum per prouidentiae diuinae fauorem, tum per concursus illius opportunitatem. Neque ab re dictum est. Parcas vniuersum quidem manibus gubernare, sortes vero animarum e genibus Lachesis accipi. Nam quum vniuersi gubernatio praestantior sit quam dispositio animarum, merito illa quidem manibus, haec autem genibus perfici iudicatur. Sedere autem in tribunali, auctoritatem exprimit & iudicium. Inter sortes vero vitarum atque

exempla, talis quaedam videtur esse distinctio: quod sortes quaedam ad vires pertinent vegetales, exempla vero ad imaginationes, superiores quidem vegetali potentia, sed propinquas. Nempe cum primum in hac potentia talia quaedam futurae vitae semina praeter ceteris inualescunt, simul in imaginationem quoque vitae similis, figurae & machinamenta confurgunt, affectusque feruescunt: perinde ut apud nos sanguineam corporis affectionem hilaris imaginatio sequitur, cholericam iracunda, melancholicam vero tristis, facundam luxuriosa. Haec enim fatalis procedit necessitas. At enim ratio imaginatione superior, cuius est ratiocinatio, consilium & electio, ideoque motus ad utrumque liber, percipiens imaginationis figuras atque affectus, potest eiusmodi vitae descriptionem probare pariter atque reprobare. Quam ob causam dicit virtutem esse a fato liberam, culpamque in vitae deterioris electione, eligentis esse, non fati. Nam & si ex fato est tam in communi quam proprio, nouam iam vitam & nunc ut prius eligere: ex consilio tamen est, talem proprie eligere aut talem. Quippe si primam viuendi formam ab imaginatione oculis rationis oblatam, ratio examinando reiecerit, non deerit statim alia melior, rursusque alia. Hinc illa prouidentiae inspiratio propheta cognominatur. Praemonstrat enim rationi quodam iudicij lumine, eam habere liberam consultiandi eligendique facultatem, quidque potissimum ex temeraria electione sequatur. Dicitur & propheta sortes fundere, exempla viuendi proponere: non solum quia prouidentiae diuinae influxus quodammodo fatalia sancit, sed quia fatales sortes & exempla fatalia producit in rationis examen atque iudicium. Quod autem in praeconio nunciat animas esse diurnas, exprimit eas & ibi esse in perpetuo die, & vitam quam tanti faciunt, vnum esse diem atque nocturnum. Addit initium alterius fore circuitus, ut aperiat mysterium animarum a caelo in terram vicissimque remeantium. Appellat humanum genus non mortale solum, sed ut animae sua mala praesagiant, addit mortiferum, quasi dicat corporis vitam esse animae mortem. Pronunciat deinde & si ratio a principio in eligenda vita sit libera, postquam tamen elegerit, in hac quidem reuocanda non amplius fore liberam, licet quandoque libera futura sit in ea, qualiscunque sit, aliter atque componenda vel temperanda. Si queras quare aliae hominum animae vitas alias eligant, respondebunt alij speciales quasdam in animarum naturis differentias esse, alij indiuiduales quidem atque proprias, addentque differentias illi multas ex superioris vitae diuersitate deductas. Quod & Plotinus valde confirmat, & sequentibus maxime consonat. Proinde animae eligentes vitam, simul demones sortiantur electae vitae ducem. De hoc alibi multa diximus. Hic ita distinguit. Deos Platonicos alios cogitant extra mundum mentes scilicet sanctas a corpore tanquam intellectuales sphaeras, colentes deum vnum tanquam ipsarum centrum firmissimum & stabilissimum vnitatem. Alios mundanos appellant, videlicet vestra diuinum cultum voluendis mundi sphaeris accommodatos. His demones subdunt, quasi ministros ad ea quae vel in specie vel in sphaeris vel ex sphaeris sunt, disponenda atque componenda. Totidem igitur numerant genera demonum, quot in dijs mundanis demonum ducibus vires inueniuntur. At vero in quolibet mundano deo vnitatis ipsa suprema est substantia sua, quae diuinam referat vnitatem. Post eam est intellectus, simul omnia contuens, per quem mentes representet angelicas. Item ratio per formas quadam progressionem discurrens, talium propria animarum. Praeterea imaginatio quaedam eatenus per particulares congregiens formas, quatenus per vniuersales ratio ipsa progreditur. Deinceps natura sequitur vegetalis sphaera vniuersalis simul & motrix. Secundum has quinque vires genera quinque demonum computantur. Quorum ex numero caelestes quidem demones deorum mundanorum vnitatem accommodate sequuntur: aetherei vero demones, id est, ignei deorum eorumdem intelligentiam: aerei demones rationem: aquei imaginationem: terreni vero naturam, quam in dijs appellauimus vegetalem. Sub his Orphici, demones collocant subterraneos mundanorum deorum corpora infimo quodam ordine referentes, scelerumque vltiores. Quorum hic Plato mentionem fecisse videtur. Si queras quales potissimum demones duces sint animarum in corpora descendendum, respondebitur non caelestes, non ignei. Hi enim tanquam sublimiores reducant animas, non deducunt. Item nec aquei, neque terreni. Hi enim tanquam infime generationis artifices, non tam ducunt in fatali itinere animam, quam in praecipitia fati praecipitant. Aeres ergo restant demones medij per media duces, qui rationis diuinae comites humanam rationem in hoc itinere

ducunt. Ex horum verò genere demonum alij alias ducunt animas, Saturnij quidem Saturnias, Martij verò Martias, alijq; similiter alias, accommodati potissimum singuli singulis, tum ex affectione animi propria, tum ex providentia fatoque communi, maxime verò secundum electæ vitæ formam. Hoc deinceps vitæ duce subeunt iam animæ tria fata, quæ solum antè consisterant, videlicet & ita statuente demone ordinis totius executore, & iam affectu corporis gradatim præponderante. Demum post tres Parcas ad Parcarum transeunt matrè: Necessitatem ipsam scilicet, cuius iam experiantur impulsus. Deinde sub vehementi astu ire animas, tria significare potest: scilicet corporis amoris ardorem crescere, simulq; curam & sollicitudinem augeri. Item per ignis spheram e cælo descendere. Præterea calor naturalis ministerium ad terrenum corpus vivificandum. At quoniam nimia terrenorum cura, cælestia oblivioni mandantur, atque per oblivionem ex fertilitate sterilitas accedit, idcirco mox in Lethæum, id est obliviosum descendunt campum penitus sterilem. Et quia ob diligentem mortalium curam, negliguntur æterna, unde & oblivio nascitur & iactura, & remissio & difficultas, inquit animas in campo Lethæo ad flumen Amelitam, id est, negligentiam usque descendere, ibiq; sub nocte recumbere. Et sub divini luminis privatione prosterni. Verum quid significat Amelitæ aciem nullo inquam vase contineri posse? Poetica hæc quidem metaphoræ est, significans inferiorem materiam, quæ flumen dicitur, fluitare per formas ingiter atque fluctuare. Item oblivionis vitium, quod est retinere nihil, sed statim effundere. Adde quod nulum extrinsecum sustentaculum servat animam propria negligentia pereuntem. Quod præterea necesse sit ex oblivionis fluvio bibere, patet, quoniam ita fieri ex natura propria, & communi fato & providentia est institutum. Bibere autem aut plus aquæ aut minus, ex effectu ad corpus provenit magis nimisve proclive: idemq; maioris minorisve oblivionis est causa, siue potius maioris aut minoris ad remissionem facultatis. Has utique passiones quodammodo experitur anima in corpore quodam ex ære crassiori composito in superiori cæpo, antequam terrene matris vitæ concludatur. A cælestibus nam corporibus ad terrena, non solum per elementum, sed per corpus æreum sit descensus. Subiungit animas in hoc æreo corpore ad mediâ usque noctem dormire, ostendens mox sub terreno corpore non diem diem iam, sed integrâ ignorantia noctem fore. Somnus testatur & rationis impedimentum & iudicij falsitatem. Postremò animas, inquit, fatui terrene insinuari sub tonitru quodam atq; terræ motu, duabus ut puto de causis: tum indicans infelicibus auspicijs hunc carcerem ingredi, tum ostendens tam cælestem, quam terrenum motum, & quidem vehementem, ad divinam animam tam tetro carcere coercentiam concurrere oportere. Proficere verò ad generationem animas stellarum instar, vitæ si figuram poeticam subinsinuat animas stellarum esse quodammodo, & ad stellas denique redituras. Quod autem Plato de migratione animarum in corpora bestiarum tam ridiculum affert fabellam, ab amicularum fabulis nihilo discrepantem, profecto nos admonet, totum allegoricè exponendum: videlicet rationales animas, non in vitam bruti, sed brutam, id est quodammodo bruto similem vicissimq; denigrare. Quod quidem omnibus penè Platonicis excepto Plotino maxime placuit. Idemq; Origenes in libris contra Celsum confirmare videtur. Tu verò ne negligas morale præceptum, electionis recte peritiam cunctis rebus & artibus præponendam. Præterea tam multa de spherarum pulchritudine atque potentia hic adducta fuisse, ut cogitemus insitiam & præmium in cælo in gens consecuturam, & ad optatam vivendi electionem magnopere conducturam. Verum dices tam magnanimè Laurenti te hic à Marfilio Ficino commentarium accepisse potius quam argumentum. Esto sanè, operæ precium fuisse arbitror atque fore, ut argumentum quidem promiserim, commentarium verò præstiterim.



**Q**UIDEM cogitanti mihi, inquam ego, de hac quam nuper verbis condidimus civitate, cum alia permulta rectè admodum statuisse videmur, tum vel maxime, quæ de poesi sunt lata. Quæ nam ista? inquit. Ne videlicet illa poesis pars, quæ in imitatione consistit, recipiatur. Præ cæteris enim nunc est perspicuum, ut mihi videtur, nihil tale à nobis esse recipiendum, postquam singulæ seorsum animi distincta sunt species, Quomodo istud ais? Ut apud vos

dicam quod sentio (neque enim vos me coram tragicis imitatoribusq; poetis alijs accusabitis) corruptela quadam mentis omnia hæc esse videntur eorum, qui cum imitationes istas audiunt, medelam illam mentis non habent, quæ potissimum quales hæc fabulæ sint, discernam. Quorsum ista? Dicendum quidem, etsi amicitia quadam & reverentia à pueritia mihi erga Homerum contracta me detinet. Etenim insignium istorum omnium tragicorum dux & magister primus extitisse videtur. At veritati virum non censeo præponendum. Quare quod institui, dicendum est. Omnino. Audi igitur. Imò verò responde. Interroga. Nunquid explicare mihi potes omnino, quid imitatio sit? Neque enim ego satis quid sit, intelligo. An igitur ego intelligam? Nihil id mirum est. Næ sæpe contingit, ut qui hebetiore sunt acie, nonnulla prius intueantur, quam qui acutius cernunt. Est ut dicitur. Cæterum te presente, nunquam auferem quod mihi videtur exprimere. Sed ipse videris. Vis hinc exordia mur, solita illa nostra ratione considerantes? Speciem unamquamque ponere solemus de quibuslibet pluribus, quibus idem nomen imponamus. An non intelligi? Intellico quidem. Ponamus utiq; nunc quodvis è multis. Vt ecce, plures lecti sunt, atque mensæ. Quid ni. Idea tamè harum rerum duæ sunt. Vnâ lecti, mensæ est altera. Ita est. Solemus autè dicere, suppellectilia viri, artificem, sic opus suum absolvere, si in ideam illam intueatur, unum quidem lectos, mensas alterum, quibus ipsi vitimus, cæteraq; similiter. Nullus enim artifex ideam ipsam fabricat. Quo pacto? Nullo. Vnde præterea nunquid talem aliquem voces artificem? Qualem? Qui facit omnia quocumq; unusquisq; artifex eorum qui manibus operantur. Potentem narras virum, atq; mirabilem.

Nondum integram eius vim expressi. Forte vero multo magis miraberis, si expressero. Nempe idem iste artifex, non solum oia potest suppellectilia fabricare, sed etiam quacumq; ex terra nascuntur efficit, & animalia omnia atq; seipsum. Terram quoq; cælum, ac deos, & quacumque in cælo sunt, & sub terris apud inferos, peragat. Sophistam narras mirabilem. Diffidus? Dicobsecro, nunquid nullo modo huiusmodi artifex esse tibi videtur? Vel quodam modo istorum omnium faber esse, quodam modo verò non esse? An non adueris hæc omnia te quodammodo efficere posse? Quisnam hic modus? Haud difficile, potes enim passim & celeriter omnia facere. Speculum accipe, passimque circunferas. Solem protinus facies, & quæ in cælo sunt, terram quam primum, ocysime teipsum, & cætera pariter animalia, suppellectilia, plantas, & quacumque nuper commemoravimus. Imagines istorum quidem, res ipsas minime. Opportune, inquam ego, nimium respondisti. Talis utique faber est & ipse pictor. Nonne? Est. At ipsum dices haudquam facere vera quæ facit, quanquam & aliquo pacto pictor quoque lectum facit. An non? Facit quidem & iste, sed apparentem. Nonne dicebas quod lecti faber speciem quidem ipsam, quam esse dicimus id quod lectus est, non facit, sed lectum aliquem. Dicebam equidem. Si id quod est non facit, haud sanè quod verè est facit, sed tale aliquid quale quod verè est, non tamen ipsum quod est reuera. Perfectè autem esse fabri,

fabri, aut lectorum, aliorum artificiorū opus si quis dixerit, aberrabit. Non ut videtur his qui in disputationibus hisce versantur. Nihil mirum igitur, si hoc ad veritatem est tenue. Non certe. Vis in istis quoque inuestigemus, qui imitator iste sit? Si placet. Nōne tres hi lecti sunt. Vnus quidē in natura ipsa existens, quem Deū dicemus, ut arbitror: effecisse. Nū alii quēquā? Nul- lū. Alter quem faber conficit. Planē. Tertius verò quē pictor. Nōne? Est, Pictor itaq, lecti faber, et deus, tres sunt, tribus lectorū speciebus præsidentes. Tres ut- que. Deus igitur sine quia nolebat, sine quia aliqua ne- cessitas inerat, non plures, sed vñ in natura ab ipso le- ctum fieri, ita solum ipsum vnum fecit lectum, qui sanē est id quod est lectus. Duo aut tales, aut plures, à Deo neq tu geniti sunt, neq gignentur. Quare? Quia si duos faceret solos, vñ iterū cuius ambo haberent spe- ciem, appareret: ipseq, esset id quod lectus est, non aut duo illi id essent. Scitē. Hac cū intelligeret Deus, vel letq, verus esse autor veri lecti, non aut lecti cuiusdam autor quidam, vñ duntaxat natura progenit. Vide- tur. Vis ergo hunc, huius plantatorem vel tale aliquid appellemus? Par est, quandoquidē natura & hoc & alia oīa fecit. Fabrum verò, nōne lecti opificem? Et hoc. Num & pictorē quoq, factorem huius operis & opi- ficē? Nullo modo. At quo ad lectum habere hunc di- ces? Aptissime mihi dici posse videtur, imitator eius cu- ius opifices illi dicuntur. Ergo imitatorē vocas eū qui tertium à natura facit? Valde. Talis viq, erit et tra- gicus: siquidē est imitator, tertius quidam à rege & ve- ritate: similiterq, alij oēs imitatores. Apparet. De imi- tatore quidē consensimus. Sed de pictore mihi dicas ve- lim, utrū ipsum unūquodque quod est in natura, imitari cōtendat, vel artificum opera. Artificū opera. Vtrum qualia sunt? uel qualia nobis apparēt? Hoc p̄terea mihi discernas. Quō id ais? Sic. lectus quidē siue ex obli- quo, seu è regione cernatur, seu quouis alio modo, nun- quid à seipso differt? uel nihil differt? aliter verò uide- tur dispositus aliter intuentibus, ceteraq, similiter? Sic ap- paret quidem, differt autē nihil. Animaduerte et istud, quid in singulis intēdit pictoris industria? utrū ut se ha- bēt res singulas imitari? An quod apparet potius, ut ap- paret? Imaginis apparentis uel ueritatis potius imitatio? Apparentis imaginis. Procul igitur à uerō est imitator: atq, ut videtur, propterea oīa potest facere, quia exigūū quiddam cuiusq, attingit simulacrum. Quemadmodum pictor pinget nobis coriariū, fabrum, & opifices alios, cū nihil in artibus his intelligat: veruntamen si peritus sit pictor, expresseritq, fabri ipsius imaginē quā procul ostendat, pueros dementesq, homines ita decipiet, ut ve- rus esse faber illis appareat. Quidni? Caterum ò ami- ce, hoc in huiuscemodi omnibus cogitandū. Quoties ali- quis nobis de hoc ipso nunciat, se videlicet homini occurrif se in omnibus artibus erudito, perfectissimeq, prae ceteris intelligenti quacūq, alius quouis intelligat: huic protin- nus respondendum, quod fatuus est, & imagum quen- dam praestigiatorē incidit, cuius imitationibus sit de- ceptus: idcirco. n. illum visum sapientissimum quod ipse nequiverit scientiam ab inscitia, & imitationem ab ipsa re discernere. Verissima loqueris. Nōne post hac tragæ- dia discutere decet, ducemq, ipsius Homerū? postquā à

nonnullis accepimus, tragicos poetas artes intelligere, hu- manaq, omnia tam ad virtutem quā ad vitium pertinē- tia, necnon & diuina: porro poetas bonum oportere, si recte qua componit, sit tractaturus, eorum habere scien- tiam, aut nihil posse componere. Quare discernere debe- mus, utrum qui eos laudant, imitatoria poetarum indu- stria decepti sint, eorumq, opera dum afficiunt, haud pla- ne persentiant tertio gradu distare à veritate, faciliatq, factū esse vel homini veritatis ignaro. Vmbrae quippe nō res veras faciunt. An fortē nonnihil dicant, ac reue- ra poetae boni intelligāt ea de quibus vulgō bene loqui vi- detur? Discernendum oīno. Siquis possit ambo perfee- re, & id quod in imitationem cadit, & eius simulacrū, nunquid eum putas in simulacris fingendis immoraturū? idq, opus sibi inuita tanquam optimum praepositurū? Mi- nime. Nempe si veram eorum qua imitatur, peritiam habeat, multo magis operibus ipsis quā eorū imitationi- bus, ut reor, incumbet: conabiturq, multa & praclara opera sui monumenta posteritati relinquere, satiusq, conse- bit, ut ipse ab alijs laudetur, quā ut semper alienorū operum sit laudator. Ita equidem arbitror. neq, n. equus honor aut equum emolumentū. Caterum de alijs quidē rationem minimē exigamus, Homerum aut aliū quēvis poetarum interrogantes, siquis eorum medicus reuera fue- rit, nō solum verborum ad medicum spectantium imita- tor, quōsnam vel veterum, vel nostrorum hominum sa- nos poeta reddiderit, quemadmodum Aesculapius, aut quos reliquerit artis medicinae discipulos, quemadmodū ille filios. Sed neq, ab eis de alijs artibus sciscitemur. mit- tamus. n. reliqua. At verò de maximis illis praclarissi- misq, rebus quas tentat Homerus, bellis, castris, re- bus publicis, et hōrum disciplinis, par est ita eū interroga- re, O dulcis Homere, si nō es à veritate tertius, fingi sue virtutis imaginē, quem imitatorē in superioribus defi- niuimus, sed es secundus, potesq, narrare, qua studia hōes vel meliores, vel deteriores priuatim publiceq, efficiant, dic obsecro, quā nam ciuitas per te rectius disposita est? si- cuti Lacedaemon per Lycurgū, perq, alios multos multa et parua ciuitates et amplae. Cuius potissimū vrbis hōes legū te optimum praedicant conditorē, & beneficia in se tua cōmemorant? Charondam quidē Italia & Sicilia ce- lebrāt. Nos Solonem. Te verò quis praedicabit, & qua- lem? Nullus, ut arbitror, beneficia eius cōmemorat. Quin neq, ipsi Homeri assertores testari hoc audent. Quod praecipue bellum Homeri temporibus ipso consultore uel du- ce feliciter expeditum cōmemoratur? Nullum. Praeter- ea quae viri huius tanquam in his rebus sapientis inuenta ad officia vitae & artis aptissima referūtur? Ut Thale- tis Milesij, & Anacharsis Scythae. Nihil tale. Si mi- nus publicē, at saltem priuatim, quibusnam Homerus ipse dū viueret, disciplina dux dicitur extitisse, qui & eius cōsuetudine delectati sint, & posteris Homericā ali- quam rōnem uitae tradiderint? Quemadmodum et Pytha- goras in hoc summa cū autoritate vixit, & posteri etiā his temporibus vitā Pythagoream celebrantes, inter cate- ros illustres habentur. Neq, tale quid rursus de Homero narratur. Cleophilus. n. ò Socrates, forsitan Homeri fami- liaris, disciplina etiam magis quā nomine ridiculus ap- parebit, si quidem vera sunt, quae de Homero narra- tur. Dicitur enim negligentior in eum fuisse, dum sub

Tragicarum  
pantur.



hoc ipso viueret. Dicitur sanè. At enim, ò Glauco, si reuera poterat Homerus instruere homines, ac reddere meliores, utpote qui in his rebus non imitationis tantū esset, Verum etiam intelligentiæ cōpos, cur non multos sibi vendicauit amicos? cur non uiuens honoratus est? cur non amatus? Profectò Abderites Protagoras, & Prodicus Chius, alijq; permulti possunt hominibus sui temporis suadere, pruatim singulas adeuntes, nunquam eos rem familiarem & publicam rectè gubernaturos, nisi ipsi eos erudiant: & ob hanc sapientiam tam ardentè amatur, ut vix sectatores eorum se contineant quin capite eos circumferant. Homerum autē vel Hesiodum, illorum temporum hoīes, si quidem poeta illi quicquam iuuare eos ad virtutem potuerunt, nunquid permisissent oberrare tam diu carmina passim decantantes? Quin potius magis hos quàm aurū complexi fuissent, induxissentq; ad domesticū familiaremq; conuictum: quem nisi impetrasset, secuti fuissent passim, dum quantum satis erat, ipsi studijs imbuti fuissent. Vera prorsus mihi loqui videris, ò Socrates. Ponamus igitur omnes ab Homero incipientes poeticos homines, virtutis imaginum imitatores esse, ceterorumq; similiter quacūq; canunt, veritatem verò nequaquam attingere. Sed ut paulo antè diximus, pictor vifibilem coriarij pinget imaginem, quum & ipse de coriaria nihil intelligat, & imago illa coriarius ipse appareat illis qui rem ipsam nequaquam intelligunt, sed à coloribus figurisq; spectant. Prorsus. Haud secus poetam dicemus colores quosdam artium singularū nominibus verbisq; exprimere, quum ipse horum nihil intelligat, sed imitetur duntaxat, adeo ut his qui hæc à verbis iudicant, bene dicere videatur, siue de coriaria, versus rhythmoq; & harmonia, siue de re militari, aut de quibilibet alijs dicat. Usque adeo natura quadā aures poetica ista demulcent. Arbitror autē nosse te qualia videantur hæc opera poetarum, cum musica coloribus spoliata considerantur. Animaduertisti ne unquā? Animaduerti. Nōne perinde se habent ac facies eorum, qui propter adolescentiā formosi potius sunt, quàm pulchri: quales aspectu sunt postquam ipsos slos ipse destituit? Omnino. Age igitur & hoc animaduerte. Imitator, simulacri auctor, rem ipsam haudquaquā intelligit, sed apparentem rei ipsius imaginē. Ita est. Ne imperfectū id relinquamus, sed quod satis est, contemplemur. Dicis. Pictor habenas pinget ac frenū. Planè. Faciet autem coriarius, erariusq; faber. Valde. Nunquid intelliget pictor, quales esse debent habena, quale frenum? Vel neq; ipse quidem factor, siue erarius faber, siue coriarius, sed solus ille, qui his uti scit, eques? Vera loqueris. An non circa oīa sic esse dicemus? Quō? Circa quodcūq; has esse tres artes, utentem, facientem, & imitantem? Certè. Virtus igitur, pulchritudo, rectitudo cuiusq; instrumenti, animalis, & actionis, nō ad aliud refertur quàm ad vsum, cuius gratia unumquidq; est & factum, & genitū. Ita est. Necesse igitur eū qui vitur aliquo, peritissimum esse, et operis factori significare, qualia bona vel mala facit in vsum eius quo vitur. Quemadmodum tibicen tibiaram fabro ostendit, quæ tibia ad vsum aptissima sint, ordinatq; quales oporteat facere: ille autē ministrum se præbet. Quidni? Nōne hic intelligens, de aptis & ineptis tibijs pronūciat alteri? Ille verò credēs efficit? Planè. Circa idē

igitur instrumentū, factor quidem rectam habet fidem de pulchritudine & prauitate, adhaerens intelligenti, coactusq; ab intelligente audire: vtens autem, scientiā. Prorsus. Imitator autem nū habebit scientiam ex vsum eorum quæ pingit, vtrum pulchra sint & recta, vel contrā? Vel opinionem rectam ex eo quod necessario intelligēti adhaereat, instruatq; ab eo qualia quæq; pingenda sint? Neutrū. Ergo neq; intelliget, neq; rectè opinabitur imitatur, circa eorum quæ imitator, pulchritudinem, contrariūmne? Non videtur. Bellus erit in effictione imitator quod sapientiam attinet, in ijs quæ facit? Nō multum. Veruntamen imitabitur, haud intelligens, quo pacto unumquodq; vel rectè habeat, vel contrā. Sed vt apparet, quod credat multis ignarosq; esse pulchrum, hoc imitabitur. Quid. n. aliud? Hæc sufficienter nobis asserita videtur, imitatores scilicet nihil asimatione dignū intelligere de his rebus, quæ imitantur: sed esse iocū quē dā imitationē potius quàm rem seriā, omnesq; eos qui tragica pœsim iambris heroicisq; carminibus tractant, imitatores vel præ ceteris esse. Et maximè quidem. Per Iouē, inquam ego. Imitatio autē hæc tertio gradu distat à veritate. Nōne? Est vt dicis. Ad quale igitur eorū, quæ in homine sunt, pertinet, quatenus vim habet eiusmodi? De quonam interrogas? De tali quodam. Magnitudo eadē eminus atq; cominus conspecta non æqua videtur. Non. Eadem quoq; obliqua & recta in aqua nobis & extra aquam aspicientibus, cauāq; iterum & prominentia propter visus circa colores errorem, videtur. Omnīq; huiusmodi in anima nostra turbatio comperita est. Quam quidem natura nostræ debilitatem adumbrationis facultas, & præstigiōrū ingeniositas, reliquaq; machinatio aggressa, nihil magica seductionis intentatum relinquunt. Vera loqueris. An non metiendi, numerandi, libandi disciplina aduersus hæc opportuna sunt homini adumenta, ne id in nobis præualeat quod apparet minus vel minus, aut grauius, sed numero, metro, lance deprehensum? Quidni? Atqui hoc rationalis animi pars est officium. Huius ipsius. Hoc autem sæpenumero mentiente iudicantēq; maiora esse nonnulla vel minora alijs alia, vel equalia, contraria simul circa eadem hæc nobis apparent. Sic accidit. An non aliās diximus fieri non posse, vt eadem vi animæ simul & circa eadem contraria opinemur? Ac meritò diximus. Vis igitur animæ, quæ præter mensuram opinatur, haud eadem erit atq; illa, quæ cum mensura. Non certè. Sed. n. quod mensura rationisq; credit computationi, animi pars optima est. Nihil obstat. Quod ergo repugnat isti, ignobilis aliqua nostri pars erit. Necesse. Istam confessionem exprimeret volens, supra dicebam quod pictura & omnis imitandi facultas procul veritate posita suum opus exerceat: rursumq; cum aliqua nostri parte, prudentia prorsus experta, congregitur, & amicitiam contrahit: ad sincerum verumq; nihil. Maximè. Vili ergo imitandi facultas vili cuidā se cōmiscens, vilia procreat. Apparet. Vtrū talis est ea duntaxat, quæ ad vsum spectat? An ea et q; ad auditum? quæ pœsim vocamus. Probabile est hanc insuper esse talem. Ne igitur ei soli credamus quod ex pictura verisimile nobis apparet, sed ad eam ipsam cogitationis naturam, cui sese accommodat poetica imitatio, veniamus, videamusq; num vile quiddam sit, an preciosum

ciosum. Sic oportet. Hinc ergo in modum proponamus. Imitatur quidem poesis homines aut vi aliquid, aut sponte agentes, existimantesque ex actionibus, vel bonum sibi aliquod esse vel malum, ideoque vel dolore affectos, vel voluptate. An aliud quicquam? Nihil aliud. Nunquid in his omnibus homo secum ipse consentit? Vel potius quemadmodum secundum visum dissidet, ut narrauimus, de quibus eisdem contrarias in seipso simul habet opiniones, ita et in agendo secum ipse dissidet atque pugnat? At nunc mihi in mentem venit, nihil esse de hoc nobis in presentia disceptandum. Nam in superiori disputatione de his satis una conuenimus, autum videlicet nostrum confessi multis et varijs huiuscemodi contentionibus sibi eodem tempore aduersantibus agitari. Probe. Probe id quidem. Verum quod tunc a nobis est pratermissum, nunc mihi videtur expediendum. Quale istud? Vir probus, me teque praeclusus tali, si filium amiserit aut aliquid aliud sibi charissimum, facilius quam ceteri feret, ut diximus. Plane. Nunc autem et id consideremus, utrum omnino non dolebit. Vel hoc quidem impossibile, dolorem vero quodam modo moderabitur. Hoc certe est verum. Hoc mihi de ipso in presentia dicas, utrum hunc censeas dolori magis repugnaturum, quando a similibus spectatur hominibus, vel quando solus est, aliorum consortio destitutus. Permultum interest, si in aliorum conspectu sit. Porro cum solus erit, multa dicet, quae emittere coram alijs erubesceret. Multa faciet, quae conspici ab alijs nunquam vellet. Est ita. Quod obstrare iubet, ratio est et lex: quod autem ad dolores rapit, perturbatio. Vera loqueris. Cum homo circa idem simul contrarijs motibus agitur, necessario duo quaedam illa esse dicimus. Proculdubio. Alterum quidem legi obtemperare paratum est, utcumque iniunxerint. Quo pacto? Lex utique dicitur optimum esse in aduersis, quam maxime fieri potest, quietem agere, neque conqueri: quod incertum sit, bonumne id sit, an malum, quod accidit, tum quod nihil dolor ad sequentia conferat, neque vlla humanarum rerum magni pendenda sit, eius quod subito praesidio esse potest, dolor impedimento sit. Cui inquis? Consultare inquam circa ea quae acciderunt, in primis oportet, et tanquam in talorum iactu, prout cecidit, quomocumque ratio melius rem habere dicat, negotia disponere. Neque vero siquid aduersi incidere, prosternere nos debemus, atque ut pueri solent cum offendunt in lapidem, procidentes circa id quod laesit, eiulando moram trahere: sed animum assuefacere, ut ad sanandum praesto adsit, et quicquid agrotat, dimissis lamentationibus corrigat. Opportunum hoc quidem est aduersus fortuna ictus remedium. Quod sane optimum est, rationi huic libenter obtemperat. Constat. Quod vero ad perturbationis recordationem luctumque rapit, in eius diutius detinet, irrationale est, languidum, formidolosum. Ita dicendum. Quod querulum est, imitationem plurimum ac variam suscipit. Prudentem vero patatumque morem semper sibi ipsi similem, neque facile possumus imitari: neque si imitemur, facile percipietur a turba, praesertim in theatrum varijs ex gentibus confluente. alieni namque affectus ipsis imitatio fit. Sic est omnino. Imitatio vero poeta haud ad hoc intendit, ut huic animi natura sua sapientia placeat, si vulgo sit placitura, sed querulum animi morem variis observat, qui imitatione facile possit effingi. Pa-

ret. Merito igitur imitationem poeticam reprehendemus, pictorisque imitationem eandem prorsus esse dicemus. Primo quidem, quod utraque, si veritatem spectet, vilia operantur. Deinde etiam quod parti animae rationis experti similiter suffragantur, et optimam deserunt. Atque idcirco iure eam in ciuitate legitime gubernanda nequaquam recipiemus, quoniam hanc animi partem suscitatur atque alit: quam dum corroborat, rationis compote vim disperdit. Atque ut ille qui in ciuitate eos qui plurimum possunt improbos reddens, proderet ciuitatem, probos destrueret: ita et imitator poeta, peruersam in animum cuiusque remp. inducit, dum illi animi parti blanditur, quae sine mente est, neque maiora minorane discernit, sed eadem tum parua, tum magna existimat, huiusque simulacra fingit, a veritate vehementer alienus. Longe quidem. Nondum quod maximum ex ea malum proveniat enarrauimus. Maximum quidem hoc existimandum est detrimentum, quod probos quosque viros paucis admodum exceptis corrumpere possit. Cur non possit? si quidem id facit. Ausculta inquam, ac vide. Nonne et optimi quique nostrum cum audimus Homerum, aut alium quicumque tragicum, qui heroum aliquem dolore afflictum, vociferantem, et querulis fortunam suam modulis deflentem, et pectora pugnis percutientem imitetur, delectamur quodammodo, inbiantesque ad illa sequimur ea, vnaque afficimur, ac serio studioseque illum, ut poetam bonum laudamus, qui adeo nos vehementer moueat? Animaduerti. Quoties autem aliquem nostrum domesticus versusque inuadit maeror, scis ut de contrario gloriemur: nempe si quo pacto quietem agere, et tolerare dolore valeamus: quasi hoc quidem viri sit, mulieris illud quod antea laudabamus. Plane. Quam praecleara haec laus? quin absurdum est, ut qui talem spectat virum qualem esse se minime vellet, puderetque maxime, non abominetur, sed delectetur, laudet. Absurdum prorsus. Certe, si hoc modo istud animaduertes. Quo modo? Quod videlicet id quod in proprijs calamitatibus vi cohibetur, prohibeturque in lacrymas stertisque erumpere, et natura sua lacrymarum auidam indulgere, illud ipsum est quod poetae explent, cui penitus blandiuntur. Tunc certe, et quod natura in nobis est optimum, ut pote nec ratione, nec usu sufficienter instructum, querulum istud desinit custodire, quasi alienas spectet perturbationes, nihilque sibi decori sit, si dum vir alius qui virtute praestare se praedicat, immoderatus debeat, ipse eum laudet et misereatur. Quin oblectationem illam lucrari se putat, neque vlla ratione ex contemptu poesis illa carere se vellet. Pauci sane animaduertunt, ut arbitror, quod ex alienis in propria transferre aliquid necesse est. Nempe si in alienis aerumnis flebile illud ingenium nutrueris, vehementiusque reddideris, in proprijs haud facile sistes. Vera nimium loqueris. Nonne eadem de risu est ratio? Quod enim ipse effusiori risu imitari erubescas, id cum in comedia vel priuata imitatione audis tanquam ridiculum libentissime auscultas et imitaris, idemque hic facis quod in imitatione flebili fieri diximus. Nam ingenium illud tuum ad risum pronus, quod ipse in te a risu veritus scurrilitatis crimine continebas, hic iam resoluus in iocos, vehementerque sensim reddis risus ipsius affectum, ut et proprijs in gestibus risus ultra quam deceat differri incipias, et scurra

ridiculus comœdia iocis excitus euadas. Vehementer quidem. Idem quoque de Venereis & iracundia dicimus, de quibus animi cupiditatibus affectibusque, tristibus & incunctis, quos in omni actione insequi nos in superioribus diximus, & talia quaedam poetica imitationem in nobis effingere: Nutrit enim ista, dum fouet atque irrigat, quae potius ariditate extenuanda sint: efficitque, ut haec dominantur in nobis, quae subesse potius deceat, ut meliores beatioresque ex deterioribus & miserioribus euadamus. Haud aliter dicere possum. Si quando itaque Glaucio Homeri laudatores offenderis, audierisque dicentes Homerum omnem Graecum erudisse, proque rerum humanarum gubernatione & disciplina poetam hunc asciscendum, & ad eius instituta omnem vitam instruendam, memento ferendos & amandos esse tanquam pro facultate sua optimos viros, concedendumque Homerum apprimè poeticum esse, tragicorumque principem. Scito autem hymnos in deos & in optimos viros laudationes duntaxat ex poesi in ciuitate admittere oportere. Si autem voluptuosam musam in canticis & carminibus acceptaueris, voluptas in ciuitate ac dolor, pro lege & pro illo quod semper optimum visum est, ratione scilicet, dominantur. Vera loqueris. Haec itaque in eam sententiam dicta sint nobis, quod meriti est ciuitate poesim, quae talis sit, expulimus. Sic enim ratio cogebat. Id quoque adiciamus, ne rigiditatis nos rusticitatisque accuset, quia vetus quaedam extat inter poesim philosophiamque dissensio. Cuius certe contentionis argumentum dicta haec esse possunt, quae subiecta, aliaque permulta. Nempe, canis illa garrula ad aures domini latras. Et, magnus ille in dementium Vaniloquus. Et, turba superstitiosorum sapientium exuperans. Item, qui minuta & tenuia meditantur, paupertate premuntur. Atque alia innumerabilia similitudinis eius veteris signa. Veruntamen id dicatur, quod voluptatis ministra poesis, imitatioque, si quicquam ad eam rationem afferre possit, ut in ciuitate recte instituta accipi debeat, libenter accipiemus, ut eius oblectamentis fruamur. Ita enim nobis ipsi conscius sumus. Enimvero quod verum videtur, prodere nefas est. Nam & tu, o amice, nonne ab ea mulceris? praesertim Homerica. Valde. An non aquum est eam prodire in medium sese defendentem, vel cantilena, vel metro quouis alio? Omnino. Cœcedamus viris ipsius defensoribus quicumque, poetae quidem non sunt, sed poetarum amici, ut absque carmine eam defendant, asserentes eam non modo incundam, sed vitalem esse ad rempublicam & hominum vitam instituendam. Quam quidem defensionem aequo animo auscultabimus. Lucro enim id nobis fore existimamus, si non suavis tantum, verum etiam vitalem nobis appareat. Quid obstat, quin lucro id futurum sit? Alioquin, o dulcis amice, quemadmodum qui quandoque aliquid amauerunt, si deinde censeant amorem sibi illud inutilem fore, licet agere amare desistant, desinunt tamen: ita & nos propter ingenitum nobis talis poesis amorem ex pulchrarum rerum educatione, benigne quidem expectabimus, ut optima verissimaque appareat. Quousque tamen rationem pro seipsa afferre non poterit, ita eam audiemus, ut oratione supra à nobis exposita nosmetipsos veluti quadam incantatione aduersus pericula imminencia muniamus, cauetes ne delicijs amatorijs vulgarijs amoribus rursus irretiamur. illud quoque sentiemus, non ita esse huiusmodi poesi studendum, quasi vera sit aut seria: sed cauendum ab ea audienti cuius esse, interioris animi

sui reipublicae metuendum. Et quae de poesi narrauimus, de ea prorsus existimanda. Consensio equidem. Ingens porro, o amice Glaucio, ingens, neque quantum videtur, est certamen bonum effici aut malum. Quamobrem neque pecuniarum gratia, neque honoris, neque potentiae, neque poetici velius oblectamenti, iniustitiam caterasque virtutes negligere decet. Assentior ex his rationibus quae narrauimus. Arbitror autem & quemuis alium eadem confessurum. Atqui ingentia virtutis praemia mercedisque illi propositas, nequaquam narrauimus. Immensa dicis praemia, si qua maiora sunt his quae retulimus. Quid magnum breui in tempore esse potest? Nempe omnino hoc tempus à pueritia ad senectutis extremum, exiguum quiddam est ad vniuersum.

Imò verò nihil. Immortale verò re censet breui hoc pro tempore quidem, pro vniuerso verò nequaquam debere esse sollicitam? Pro omnino certe. Sed quorsum haec? An ignoras immortalē esse hominis animam, & ab interitu liberam? Tu repente conuersus in me Glaucio, admiratusque intulit. Per Iouem ignoro equidem. Tu verò nunquid ostendere potes? Certe, nisi iniurius esse velim, puto autem & te id posse, neque id difficile. Mihi quidem difficile istud. Te verò libenter audire, id quod neque asse esse difficile, declarantem. Audies iam. Dic. Bonum aliquid vocas? & malum aliquid? Voco. Nunquid de his idem tibi quod & mihi videtur? Quid? Malum puto omnino quod dissoluit atque corrumpit. Quod verò seruat & iuuat, bonum. Et ego. Bonumne cuius aliquid, & aliquid malum esse dicis? Veluti oculis lippitudinem, & toti corpori morbum, frugibus cibusque, aruginem, lignis cariem & putredinem, a ferrosque rubiginem, atque de dico, ferme in omnibus secundum naturam proprium cuius, malum ac morbum? Equidem.

Quoties huiusmodi quicquam, alicui accidit, dixerim illud efficit, ac denique totum dissoluit & perdit? Quamvis? Proprium igitur cuiusque malum, suam prauitatem, quodlibet corrumpit. Ac nisi id corruerit, nihil aliud unquam corrumpet. Neque enim quod bonum est, aliquid destruit: neque rursus id quod nec bonum, nec malum.

Quo enim pacto? Si quid igitur tale est, ut ei malum aliquid sit, quod ipsum deterius efficit, dissoluere tamen ipsum non valet, certe ita naturaliter affecte rei nullum esse potest interitus. Consentaneum est. Est ne aliquid quod animam prauam faciat? Et maxime quidem quae commemorauimus, iniustitia, intemperantia, timiditas, & inscitia. An quicquam ex his animam perdit? Atqui animaduerte, ne decipiamur, existimantes iniquum & insanum hominem cum in flagitio deprehensus est, tunc ab iniustitia qua anima vitium est, corrumpi. Dic age. Nonne corpus proprium eius vitium morbus liquefacit, res soluit, eoque deducit, ut non sit corpus? & quae paulo ante diximus omnia, proprio malo quatenus inhaeret, inquinante, esse desinunt? Nonne? Ita prorsus. Nunquid & animam eodem pacto iniustitia, & reliqua prauitas, cum inest sua ipsa praesentia dissipat & tabefacit, quousque in mortem trahens à corpore separet? Nullo modo istud.

At verò absurdum illud est, ut alienum vitium interimat aliquid, cui proprium vitium non praebet interitum. Praeter rationem profecto. Attende, inquam ego, o Glaucio. Ex ipsa ciborum propria prauitate, quae vel vetustate corrupti, vel putridi, vel quouis alio pacto comparati dicuntur, corpus perire posse non arbitramur. Verum si ciborum vitium

corpore proprium ipsius vitium intulerit, dicemus per illos corpus ab eius vitio, morbo scilicet, perdi. Corpus vero ipsum cum aliud sit, ciborum, quorum alia natura est, alieno defectu, nisi proprium defectum induxerit, dissipari posse nunquam existimabimus. Recte nimium loqueris. Eadem ratione, nisi corporis detrimentum ipsi anima ipsius anima proprium intulerit detrimentum, haudquaquam existimare debemus, ex alieno malo absque propria prauitate, animam interire, neque alterius malo alterum dissipatur. Ita ratio monet. Aut igitur haec redarguamus, quasi non recte dicantur. Aut quoad haec integra permanent, neque ex febre aut alio quouis morbo, neque iugulatione, neque etiam si quis corpus in minutissima quoque discepat, dissipari animam concedamus, prius quam ostenderit aliquis propter has corporis passiones animam ipsam iniquiorem prophaniorumque fieri. Quatenus autem alienum malum adest alteri, nec proprium cuiquam malum adheret, corrumpi quicquam posse, minime concedamus. At. n. nemo id unquam ostendet, morientium animas, propter mortem iniustiores effici. Si quis autem obicere nobis audeat, quod deterior et iniustior sit qui moritur, ne cogatur immortales esse animas confiteri, oportere dicemus, si vera is dixerit, viro iniusto letiferam iniustitiam esse, sicuti morbum, et ab hoc ipso perimente sua quadam natura, eos qui suscipiant, periri: ocyus quidem illos qui maxime, serius contra qui minus: neque fieri duntaxat, quod nunc sit, ut iniusti propter iniustitiam tunc demum moriantur, cum eos alij paenis afficiunt. Per Iouem haud grauisimum quiddam malum iniustitia esse videbitur, si erit viro iniusto letifera. Malorum siquidem liberatio erit. Arbitror autem contra esse omnino, ut et alios pro viribus interficiat, et hominem sui participem, viuacem maxime faciat, et apprimere pernigilem: usque adeo longe abest, ut ea sit letifera. Scire loqueris. Quando sua cuique prauitas suum cuique malum animam perdere nequit, nunquam malum ex alterius pernicie atque ad aliud institutum ultra id cui proprie accidit, vel animam, vel aliud quicquam dissoluet. Nunquam, ut probabile est. Cum a nullo prorsus malo siue proprio siue alieno interimatur, patet eam semper esse, necessarium esse. Si semper esse, et immortalalem existere. Necessesse. Hoc igitur ita se habeat. Ac si ita se habet, animaduertas easdem semper animas fore. Neque enim pauciores unquam erunt, cum nulla prorsus intereat. Neque rursus plures. Si enim immortalium quicquam plus efficiatur, ex mortali efficietur, eruntque demum immortalia omnia. Vera loqueris. At vero id nequaquam existimamus, ratio nanque prohibet. Neque iterum arbitramur animam verissima sui natura talem esse, ut varia, dissimilis, atque differens in seipsa sit. Quomodo istud ais? Haud facile est sempiternum esse quod ex pluribus constitutum est, neque optimam compositionem est sortitum, ut nobis de anima nunc apparuit. Consentaneum est. Animam igitur immortalalem esse et ratio praesens et alia praeterea conuincere possunt. Siquis vero qualis ipsa reuera sit, inspicere cupit, haudquaquam intueri eam debet communiore corporis malumque alijs inquinatam, quod ipsi nunc intuemur, sed qualis cum pura fuerit, diligenter ratione discernere. Vbi certe et multo pulchrior appare-

bit, et clarius cum talis erit, quid iustum sit, quid non, et reliqua quae supra diximus, iudicabit. Nunc quidem vera de ipsa, qualis videtur in praesentia, diximus. Non aliter vero eam spectauimus, quam multi marinum inspiciant Glaucum. Illi siquidem non facile possunt Glauci antiquam considerare naturam, eo quod antiquae corporis partes partim fractae, partim contritae sint, et ab undis penitus dissipatae, aliisque illi rursus inhaerent conchylia, algae, lapides, ex quibus multo magis fera praeseferens imaginem, quam natura prioris vultum. Ita et animam nos semper aspiciamus malis innumeris inquinatam. Sed enim illuc oculos conuertere decet, o Glaucum.

Quoniam? Ad ipsius, inquam, philosophiam, et circa illam oportet animaduertere, quae attingit animus, et quibuscumque consuetudinem inire affectat et nititur, utpote qui cognatus sit diuino, immortalis, et sempiternus. Qualisque praeterea futurus est, si quando eiusmodi totus naturam sequatur, per hunc affectum nixumque eductus ex pelago quo ad praesens mergitur, nudusque emergens excusso sabulo et ostreis, quae ei nunc tanquam ex terra nutritio, terrena, lapidosa, et agrestia plurima inhaerescunt, propter eam vitia, alimoniam, quam plerique beatam existimant. Tunc demum veram naturam ipsius animi contemplantur, agnoscemusque utrum varia sit, an simplex, qualisue sit omnis eius conditio. Nunc autem animi humana in vita affectus ac formas satis, ut arbitror, declarauimus. Prorsus quidem. Nonne caetera quidem in hac disputatione exposuimus? praemia vero ipsius et honores nequaquam attulimus, quemadmodum Homerum vos et Hesiodum adduxisse dicebatis: sed iustitiam ipsam ipsi anima optimum praemium esse cognouimus, iustitiamque agendum esse monstrauimus, siue Gygis habeat annulum, siue etiam Plutonis galeam? Vera loqueris. Caterum nunc quoque praeter haec nulla inuidia prohibet, quo minus iustitia et vniuersa virtuti ea praemia tribuamus, quae ipsa anima tam apud homines quam apud deos comparat, tam viuenti quam defuncto. Magnopere. Nunquid ergo restituitis mihi, quae in sermone mutuati estis? Quid maxime? Dedi equidem vobis, iustum virum videri iniustum, iniustumque iustum. Vos. n. petieratis. licet. n. fieri non posset, ut ista homines deosque laterent, tamen concedi hoc disputationis gratia placuit, ut iustitia ipsa ad iniustitiam ipsam comparata indicaretur. Non recordaris? Quidni recorder? Postquam iudicium peractum est, iam iterum postulo, ut exponatis, quam iustitia mercedem a dijs et hominibus referat, ut et palmam ab opinione et manifesta existimatione reportet, quae cultores suos ipsa quoque decorat, postquam aperte visa est etiam ipsa sui praesentia benescia nobis conferre, neque eos decipere, qui vere possident. Debita postulas. Primum quidem hoc mihi reddetis, quod qualis uterque eorum sit, et iustus et iniustus, deos non latet. Reddemus. Si deos id non latet, hic quidem a deo amabitur, ille odio habebitur, id quod principio confestim sumus. Est ita. Deorum autem amico omnia quoad fieri potest a dijs optima tribuuntur, nisi quid mali ex priori delicto, ei necessitate quadam imineat. Oino. Sic itaque de iusto viro existimandum, siue paupertati, seu morbis, siue quibusuis alijs eorumque mala videntur, obnoxius sit, huic demum vel viuenti vel mortuo ad bonum aliquod ista condu-

conducere. Neque enim à dijs unquam negligitur, quicquid iustus euadere virtutis officijs, quoad homini licet, deo similis fieri conabitur. Decens est talem virum simili non contemni. De iniusto autè contrà omnino est sentiendum. Vehementer. Apud deos igitur iusto viro hæc dabitur palma. Sic arbitror. Apud homines autè nonne sic euenit, si vera fateri debemus? Callidi quidem homines & iniqui perinde faciunt ac cursores illi, qui ab inferioribus currunt bene, à superioribus minime. Nam primo celeriter exiliunt: tandem vero risum reportant, auribus demissis, & sine corona discedentes. Veri autem cursores ad finem perueniunt, adeptiq; præmium coronantur. Viris iustis similiter idem, ut plurimum, accidit. Nempe in sine cuiusq; actionis consuetudinibus & vita, probantur, muneratq; ab hominibus referunt. Magnopere. Sustinebisne ut ego de his, quæ tu de iniustis, adducâ? Dicam equidè. Iusti. n. cum ad maturam ætate peruenierint, ciuitatis muneribus pro arbitrio funguntur: matrimonia quibus cû voluerint, & dando & accipiendo vicissim inveniunt: ac summam quæcunq; de illis tu, ego nunc de his affirmo: rursusq; de iniustis hõibus assero. Pleriq; n. ipsorum quamuis ad tempus sua vitia celerent: tandè in curriculi calce, quales sint deprehenduntur: ridiculi prorsus euadunt: & in senio miseri à peregrinis & ciuibus obiurgantur, verberantur, oia patiuntur quæ tu aspera esse reuera dicebas. torquebuntur. n. et inurentur. porro quæcunq; ipse commemorabas, audire iterum ex me putato. Sed ut dicebam, vide an sis hæc toleraturus. Perferam equidè: dicis. n. quæ decet. Hæc itaq; sunt præmia, mercedes & munera, quæ iusto viro præter ea bona quæ ipsa in se iustitia continet, à dijs & hominibus tribuuntur. Egregia valde hæc sunt & certa. At. n. hæc & numero & magnitudine nihil sunt, si ad ea comparentur, quæ virorum defunctum manent. Audienda vero & ista sunt: ut oia sufficienter quæ vtriq; conueniunt, comprehendantur. Dicis vero, non quidè ut iam nimis multa, sed tanquam libentissimè audituro. Equidem tibi non Alcini apologum, sed præstantissimi viri Eri Armenij, genere Paphly, referabo. Qui cû occubisset in plio, sublati decimo die cadaueribus cæteris iam corruptis, integer quidem incorrupto corpore repertus fuit: domumq; delatus ut sepeliretur, duodecima iam ab obitu die, dum pyra impositus esset, reuixit: & quæ interim viderat, retulit. Inquit ergo, postquam aia fuisset à corpore separata, vna cû pluribus quendâ in locum demonum peruenisse. In quo terra duos proximos vidit hiatus: duos itè alios, è conspectu supernè in cæli regione conspexit: inter hos vero hiatus iudices sedere: qui postquam aios iudicauerunt, iustos quidem ad dextrâ supra per cælum ascendere iubent, in aduersa ipsorum parte signa eorum quæ iudicauerint, suspendentes: iniustos contrà, ad sinistram infra, oia quæ fecerant in vita, post tergum signa ferentes. Cû vero ad iudices ipse quoq; accessisset, illos aiebat respondisse: redire eum hõibus nuncium de his quæ illic videat, oportere, iussissetq; illi audire & intruere quæcunq; eis in locis fierent, diligenter. Viderat igitur illic per vtranz cæli terræq; portam aias lata snia abentes: per alias item duas, ex terra quidè ascendentes, animas puluere, squalore, macieq; confectas: è cælo autem alias nitidas descendentes. Videriq; inquit animas vndiq; ve-

Narratio  
Eri qui reuixit.

nientes tanquam longa peregrinatione fatigatas, libèter in prato quod ibi est, tanquam celebri in conuentu recumbere: ac se inuicem quæcunq; mutuam notitiam habuerint, salutare: easq; omnes, tam quæ ex terra quam quæ è cælo conuenissent, sese vtrò citroq; de his quæ suis in locis viderint percontari. sibiq; vicissim ad singula respondere: has quidem dolentes ac flentes memoria malorum quæ in præterito sub terris itinere & perpeffa sunt viderunt. Esse autem iter illud mille annorum. Illas vero quæ de cælo descenderant, narrare delicias, pulchritudinibus ingentis spectacula. Multa quidè illa referre, quæ longo ordine recitabat, proluxa nimium narrationis, o Glaucos. Sui nam vero hanc esse dixit. Quoscunq; alijs iniurias intulisse constaret, pœnas singulatum pro quolibet decies reddidisse. i. spatio annorum centu: quasi hæc vita humana sit meta, ut anima decuplam iniuria darent pœnâ. Itaq; si qui cædis multorum causa fuerint, ciuitatesq; exercitus prodiderint, vel hões in seruitutem egerint, vel alicuius alterius flagitij & sceleris conscij fuerint, in his oibus pro quolibet facinore pœnas decuplas pendere. Atq; iterum si qui beneficia quadam contulerint, iustitiamque & pietatem coluerint, eadem ratione præmia reportare. De his vero qui statim ac nati sunt decessere, aut breue tempus vixere, quadam parum digna memoria recensebat. Erga deos autem & parentes pios vel impios, & homicidas qui eade manus proprias polluerunt, mauerunt & præmijs & pœnis affectos esse narrabat. Inquit. n. se interfuisse, cum alium interrogaret quissim, vbi nã Ardicus magnus esset. hic autè in quadam Pamphylia ciuitate tyrannus fuerat, annis iam mille do ipso tempore exactis: qui senè patrem & maiorem natu prætere occiderat: aliaq; plura impia scelera perpetrauerat. Interrogatumq; illum aiebat respondisse: Non venit Ardicus, neq; Veniet. O dirum spectaculum. Dum. n. egressuri hiatus peteremus, cætera omnia perpeffa, illi protinus vidimus aliosq; cum eo, omnes ferme tyrannos, inter quos & priuatos nonnullos, qui magna scelera perpetrauerant, qui ascendere iam se propemodum ausos hiatus ille minime permittebat, sed horride mugiebat, quoties aliquis eorum qui vel insanabiles essent, vel nondum purgati, egredi viteretur. Aderant igitur illic feroces quidam viri æstu ignei, qui cum mugitum subito perpendissent, his seorsum rapiabant, Ardicum scilicet eiusq; per similes, manibusque & pedibus & ceruice deuinctis, prosternebant eos, excarnificabantque, & secus viam quandam ad exteriorem partem raptatos, tribulis lacerabant, prætereuntibus indicantes, quam illi ob causam talia paterentur, quodue in Tartarum projiciendi agerentur. Vbi cum multa variæque eos terrent, hic pauore vehementissimè vexabat, cum in ascensu mugitus excitabatur, quo silente quisque libentissimè ascendere videbatur. Ac pœnas quidem & supplicia huiusmodi recensebat, contrà vero beneficia eiusmodi. Cum vero anima illa quibus de supra diximus, in prato dies septem requieverint, oportere eas dicebat octauo surgentes die illinc recedere, & quarto demum die ad locum aliquem peruenire, vnde supernè per totum cælum, atque terram extensam videatur lumen tanquam columnam erectum Iris similitimum, clarius tamen ac purius. In id vnius diei itinere venisse, vidissetq; ibi medi-

in lumine extrema caelestium ligaminum à caelo tensa. Esse .n. lumen istud caeli vinculum; quemadmodum triremium succinctur a. atq; ita circumferentiam omnem esse contentam. Ex apicibus vero suspensum. Necessitatis dea pensum: per quod omnes circuitus peragantur. Cuius fusus quidem & cuspis ex adamante: verticulum vero ex hoc alijsq; generibus mixtum. Cuius natura huiusmodi sit secundum figuram quidem, qualis apud nos cernitur. Animaduertendum tamen ex illius sermone, perinde se habere ac si vno quodam amplo concauoq; verticulo, & per totum sculpto, aliud minus simileq; insertum iaceat: ita congruens, ut plerumq; cadi, qui inuicem inferuntur: atq; ita tertium & quartum: & alia quatuor. octo enim illa verticula esse, insertos inuicem circulos, labia supernè ostendentia: dorsum vero vnius verticuli continuum circa fusum efficientia. Fusum vero illic per medium octauum, perq; totum esse traiectum. Primum igitur extimumq; verticulum labij circulum habere latissimum. Sexti autem secundum. Tertium quarti. Quartum octauum. Quintum septimi. Quinti sextum. Tertij septimum. Octauum vero secundi. Primum stem atq; maximi circulum variū esse. Septimi lucidissimum. Octauum autem verticuli circulum colorem à septimo irradiante suscipere. Secundi vero ac quinti similes inuicem, illis aliquantulo flauiores. Tertium sane colorem candidissimum possidere. Quartum, subrubeum. Secundum vero sextum albedine superare. Ac fusum quidem totum volutione simili circumferri: cum vero totum voluatur, septem interiores circulos motu totius contrariō tardius circūuerti. Ex his planè octauum motu rapidissimo agitari: secundos vero alterum alteri consequenter: septimum, sextum & quintum. Tali vero tertium motu ferri, ut quartum circūuoluerit videatur. Quartum autem tertium, & quintum secundum. Fusum vero in necessitatis genibus circūuerti. Supernè præterea cuiuslibet circulo herere sirenè vna cū globo delatam, vocem vnam tonum vnum videlicet emittentem. Vnam tamen harmoniam ex oibus octo concinere. Alias aut tres Necessitatis filias equali inuicè interuallo in throno sedere: parcas Vestibus albis, capite coronato: Lachesim, Clotho, Atropo. Quae ad sirenè harmoniā canant. Lachesis quidem præterita. Præsentia Clotho. Atropos vero futura. Et Clotho quidem cū matre simul intermissione quadam temporis, dextra manu tangentē fusi extimā circūferentiam circūagere. Atropos vero sinistra iterum interiores similiter. Lachesim deniq; vicissim vtraq; manu vtrinque tangere. Illuc atq; ergo cum venerint, statim oportere ad Lachesim accedere: vbi illico propheta aliquis primū singulas disponit in ordinem: postea cum ex genibus Lachesis sortes, & vitarum exempla susceperit, aliquod sublimè tribunal ascendens sic fatur. Sic hæc Lachesis, o vniuersa aia, Necessitatis filia dicit: circuitus alterius inuitum, mortalis ac latiferi generis, non vos demon sortietur, sed vos demonem eligetis. Qui prior sortē cepit, prior eligat vitā: cui necessario inherebit. Virtus inuolabilis ac libera. Quā prout honorabit quis, aut negliget, ita plus aut minus ex ea possidebit: Eligentis quidē culpa est ois: deus aut extra culpā. Hæc fatus, sortes super oes fundit: ex quibus cuiuslibet eam rapit: quæ super ipm ceciderit. Neq; licet cuiuspiam quotus ordine sit agnoscere,

nisi cum cæperit. Tunc .n. duntaxat quotus sit, sortitus intelligit. Post hæc item exempla vitarum coram ipsis in paumento disponit: multo plura quàm quæ hic ad p̄sens apparent. Esse vero hoium atq; omnium animalium vitas oiformes asserbat. Tyrānides .n. in illis extare: partim perpetuas, partim ad tempus: quæ medio in spatio corruant, in paupertatem delapsæ, exilium, & inopiā. Extare & præclarorum virorum vitas, partim specie, decore, viribus, certaminibusq; præstantium, partim maiorum prosapia & virtute nobilium. Et mulierum vitas eodem modo. Anima vero ordinem & conditionem non inesse, eò quòd necesse sit, ut aliam vitā eligens conditio nis alterius efficiatur. Cetera vero inuicè, partim diuitijs & paupertatibus esse cōmixta, partim morbis & sanitate, partim istorū medium obtinere. Vbi profecto, o Glauco, omne hois consistit periculum. Quamobrem o studio danda opera est, ut quisq; nostrum omisis ceteris disciplinis, hanc querat, assequaturq; pro viribus disciplinam, per quā & possit & sciat vitam bonā à mala discernere, & quoad fieri pot, ex oibus eligere meliōrē, at aduertens quæ nunc diximus omnia, quid coniuncta inuicem vel disuncta ad virtutem vitæ conducant. Nec non intelligat quid pulchritudo cum paupertate vel diuitijs iuncta & quali cū habitu anima, malum operatur vel bonum, quidue nobilitas ignobilitasue, vita priuata & imperium, robur & imbecillitas, velox ingeniu & tardum, ceteraq; huiusmodi quæ natura circa animam sunt & quæ acquiruntur, inuicè copulata faciunt, ut ex his oibus singulorum naturam valeat considerare ad aia naturam respiciens, & meliōrem vitam à deteriori discernere, deterioerē eam appellans quæ iniustioerem animā efficit, potioerem aut, quæ iustioerem, reliqua vero contemnat. Vidimus .n. & viuenti & mortuo electionē hanc optimam esse. Cum hac igitur opinione instar adamantis firma atq; rata oportet ad inferos proficisci, ne quis illic diuitias malaq; huiusmodi admiretur, neue in tyrānides & alias huiusmodi actiones incidens, multa & insanabilia scelera perpetret, ipseq; rursus deterioera perpetiatur. Imò vero sciat mediam semper istorum omnium misis extremis vitam eligere, & in hac vita & in futura: ita .n. quisque sit beatissimus. Enimvero qui tūc redijt illinc nuncijs, ostendebat hoc pacto prophetam in edicto adiecisse, si quis postremus etiā accedit, eligat modo prudenter, constanter viuat, vita occurreret expetenda non mala. Primus ne oscitanter eligat, vltimus ne desperet. Cum hæc dixisset, eum cui primo fors obuenerat, illico inquit properantem tyrānidem maximam elegisse, ac propter inscitā auiditatemq; haud satis singula prius examinasse, & iccirco ignorauisse, quòd in ea vita fato decretum erat, ut filios suos voraret, aliq; mala plurima sustineret. Postea vero vbi per otium electam vitam considerasset, euilasse, electionem noxiam deplorantem, quòd non cauisset quæ propheta prædixerat, neque seipsum tanquam malorum causam damnantem, sed fortunam demonesq; & reliqua omnia potius quàm seipsum. Fuisse vero illum ex his qui de caelo descenderant, qui sanè in superiori vita, i ciuitate aliqua moderata vixerat, virtutemq; vsu quodam, absq; philosophia tamen studijs exercuerat. Neq; pauciores ex his qui ex alto cadūt, quàm ex alijs, ut potè malorum ignaros decipi eligendo.

Eorum

Eorum verò qui è terra venerunt, plurimos, quia & ipsi calamitatibus laborauerint, & laborantes alios viderint, haud temere vitam eligere. Quam ob causam, ac etiam propter sortis fortunam, bonorum malorumque multis animis mutationem contingere. Porro si quis semper cum in hanc vitam venerit, sincerè philosophetur, neque electionis fors ultima ei contingat, eum ex his qua illinc nunciantur apparet, non hic solum felicem fore, sed & profectiorem hinc illuc, regressioremque huc iterum haud sanè terrenam & asperam subiturum, sed lenem atque celestem. Hoc quoque consideratione dignum spectaculum esse dicebat, quomodo singula anima vitas singulas eligebant. Miserabile quippe istud, ridiculum, visumque mirum, electionem scilicet secundum vitas prioris consuetudinem, ut plurimum facientes. Animam enim inquit, qua olim Orphei fuerat vidisse, cygni vitam odio muliebris generis eligentem, nolentem videlicet ex mulieribus à quibus occisus fuerat, nasci; Thamuris verò philomena. Cygnum etiam conspexisse ad humana vitam electionem conuersum, aliaque musica animalia, ut consentaneum est, similiter. Quandam etiam, cum oblatas sortes essent, leonis elegisse vitam, hanc verò Aiakis Telamonij fuisse dicebat, detestantem homines quoties iudicij illius, ubi pro armis cum Ulyxe cõrendit, in mentem venisset. Post hunc Agamemnonis animam propter arunas, odio humani generis vitam aquilae asciuisse. Atalantes autem animam, cui media quaedam sors contigerat, intuitu dixit quam maximis honoribus viri athleta afficiatur, continere se non potuisse quin vitam athleta eligeret. Animam deinde Epei Panopeensis ad artificiosa mulieris naturam protinus migrasse. Longè verò inter nouissimas ridiculosi Therisitidis animam simiam induisse. Casu verò, Ulyssis animam sortem ultimam contigisse. Quocirca & ad eligendum vitam aduenisse dicebat. Præteritorum autem laborum memoria, ab ambitione cessantem, diuque prius quam eligeret circueuntem, quasi se priuati hominis minimeque curiosi vitam. Eamque vix tandem alibi iacentem & ab alijs neglectam reperisse, dixisseque non aliam se vitam electuram fuisse, et si sortem primam nata esset, quare vitam illam libenter fuisse complexam. Ex feris item alijs in homines transire animas assererat, & iniucem commutari, iniustas quidem in feras agrestes. iniustas autem mansuetorum animalium vitam capessere, atque omnes hunc in modum confici mixtiones. Cum vitas, omnes animas gradatim, ut sors dederat, elegissent, longo ordine ad Lachesim accessisse narrabat. Lachesim verò cuique demonem quem ceperat quaque, ipsius vitam custodem præscripsisse, electorumque operum executorè. hunc in primis ad Clotho animam ducere, & sub illius manu reuolutionemque & vertigine fusi, approbare quam sortitus fortunam elegerat. Hanc ubi tetigit, mox hinc ad Atropontem, qua immutabilia stamina reddat. Illinc postea prope Necessitatis thronum adire, per quem cum transferint omnes, sub vehementi calore & astu in campum Letheum proficisci, arboribus & omnibus quacumque terra nascuntur, penitus destitutum. Recumbere igitur ipsas aduent ante nocte iuxta Amelitam flumem dicebat, cuius aquam vas nullum contineat. Atque ipsius aqua bibere aliquantum cuique necessarium. Eos autem qui prudentiam ducem non habent, ultra quam deceat bibere. Semper verò bibentem omnium obliuisci. Vbi verò ad me-

diam noctem dormierint, subito tonitru & terra motu excitos repente alium alio sursum ad generationem consurgere stellarum instar proficiscentes. Se verò flumine ex illo potare prohibitum fuisse narrabat. Quomodo autem in corpus redierit, ignorare, sed cum diluculo subito circumspecteretur, seipsum pyrae impositum animaduertisse. Atque ita, o Glauco, seruata est fabula, neque perijt, neque seruabit pariter, si ipsi parebimus, & Letheum, id est obliuionis fluum bene transibimus, nullaque macula animam inficiemus. Quamobrem si sermonibus meis obtemperabimus, immortalem fore animam arbitrantur, talemque et mala possit & bona omnia sustinere, vitam semper ad superiora ducentem sequemur, iustitiamque cum prudentia omni ratione colemus, ut & nobis ipsis sumus, & dysamicti, dum hanc ducimus vitam, & postquam virtutis premia reportauerimus, tanquam potius victoria & triumphis, & hic, & in millenario annorum itinere, quo de diximus, feliciter habeamus.

## COMPENDIUM MARSILII FICINI IN TIMAEVM.

### DE SVBIECTO LIBRI. CAPVT I.



VE MADMODVM in Parmenide cum etia diuinorum genera pro viribus comprehendit, sic omnia in Timæo complectitur naturalia, & utrobique plurimum Pythagoricus est, sub persona Pythagorica disputans. Atque in Parmenide quidem, Parmenidem & Eleates Pythagoricos, qui de diuinis sermonebant, imitatur. In Timæo autem, Timæum Locrum, Pythagoricum, qui librum de vniuersi natura composuit, sequitur. Itaque, ut his non eloquentiam solum adiungat, sed mysteria. Quam verò diuina quidem naturalium principia & exemplaria sunt: naturalia verò diuinorum effectus atque imagines: iccirco & in Parmenide dum de diuinis agit, interim descendit ad naturalia: & in Timæo naturam tractans, surgit sepius in diuina. Neque inuicem diuinitatem simul naturamque copulat. Natura enim diuinitatis est instrumentum. Atque ita vel de naturalibus agit diuine, quemadmodum Aristoteles, vel de diuinis naturaliter agit. Interfert quoque mathematica tanquam utrorumque media, diuinorum scilicet atque naturalium. Quae videlicet, per numeros quidem diuina, per mensuras verò significant naturalia. Sit ergo huius libri subiectum ipsa vniuersa natura, id est, seminaria quaedam & vniuersa virtus infusa mundo, animae quidem mundanae subdita, materia verò præsidens, eodemque ordine singula pariens, quo & anima ipsa cõcipit, tam diuinam suscipiens mentem, quam appetens bonum.

### DE ORDINE LIBRI ET PARTIBVS EIVS. CAP. I.

Patebit autem naturam vniuersam ipsamque vniuersum non esse se quidem consistere, sed ex superiori diuinaque causa dependere. Patebit insuper quot in gradus natura distribuatur, caelestes, elementales, simplices, compositos, rationales, ratione carentes. Patebit totam sub luna generationem ad animal rationale quasi finem dominumque referri. Multa præterea de hoc ipso animalis, tum ad animam, tum ad corpus spectantia tractabuntur. Multa quoque de rebus quae à natura infra rationale animal componuntur. Et ut summatim dicam, de triplici mundo tractabitur, scilicet de diuino caelestique & humano. Ostendetur quoque omnium quae in mundo componuntur ipsiusque mundi, duo quaedam præcipua intrinsecus elementa esse, scilicet materiam atque formam: tria verò extrinsecus esse principia, scilicet efficientem mundi causam, & exemplarem atque finalem. Et efficientem quidem esse diuinam potentiam, & intelligentiam atque voluntatem: Exemplarem verò ideas intelligentia diuina concepta: Finalem denique bonum.